1. vocis acutae] acute vocis *A* huiusmodi] huius modi *L* impudens] impudens *Mo* 2. homo *om.* *L Mo* 3. ante Constituamus *titulus* De Temperatis in *L*, De Moderato in *Mo* 5. nec per longum intervallum inserui ex *Mo coll. Adam. p. 413, 7 τὰ βλέφαρα κινεῖ μέσως, οὗτε συνεχῶς οὗτε διὰ χρόνου* 6. *χαροπός* inserui ex *Mo coll. Adam. χαροπός* perlucant] per luceant *L* perlucat *A* 7. oculi] oculi *A* proferant] perficiantur *A* proferant, vultus] praeferant vultus *Mo* 9. ante Homo *titulus* De Securis in *L*, De Securo in *Mo* intelligitur] intellegitur *Mo* frontem habet] Si frontem habeat *Mo* 10. pleniore — 11 vultum in *om. A* pleniore] planiore *Mo* carne scripsi ex *Mo* cute *L* coniectam] tectam *Mo* eandem] eundem *Mo* 11. levem *Rosius* lenem *L* levem et humilem] humilem et lenem *Mo* 12. magis quam] magisquam *L* 13. tanquam] tamquam *LA* ex somno] a sompno *A* somno] sompno *A* oculos] oculos *A* 14. etiam] et *A* 15. moveatur] moveantur *A* 16. ante Tristis *titulus* De Tristibus in *L*, De Tristi in *Mo* ita intelligitur] esse debet *A*

frons rugosa, supercilia introrsus conversa, cilia intenta.

98. [De androgyno,] qui inter virum est et feminam, quem Graeci ἀνδρόγυνον vocant, ita intelligitur: oculos habet humidos, qui impudenter intuentur, cuius quatuntur et circumvolant pupillae, cuius frons contrahitur et malae, cuius non stant supercilia, cuius inclinata est cervix, cuius δσφνς id est ima pars spinae non quiescit, cuius omnes artus incerti status sunt, qui insilit frequenter imis pedibus et calcaneis saepius insurgit, qui genua collidit, qui resupinatas plerumque manus praemovet, qui se circumspicit;

1. introrsus] in trorsus *L* introrsum *A* intenta] in gentia *Mo* 3. ante De androgyno titulus De Androgeno in *L* De androgyno titulus in *Mo*, cancellis inclusu androgyno] androgeno *L* androgino *A* inter virum *Mo* (*et Rosius*) invirum *L* in virum *A* 4. quem — vocant om. *A* ἀνδρό-
ερμαφροδίτον
γννον scripsi ex *Mo* coll. Adam. p. 415. 4 HPMΑΦΡΟΔΙΤΩΝ.
L ερμαφροδίτον *Rosius*, quod mihi viaetur glossa comparanti Plin. n. h. VII § 34 (Gell. IX, 4, 16) ita intelligitur] intelligitur ita *A* intelligitur] intellegitur *Mo* 6. oculos habet humidos] oculos habent lucidos *A* impudenter] impudenter *L A Mo* cuius quatuntur et circumvolant pupillae inserui ex *Mo* coll. Adam. l. l. καὶ δορεῖται τὰ ὄμματα καὶ περιτρέχει 6. circumvolant] circumvolant *Mo* 7. non stant] monstrant *Mo* supercilia] et supercilia *A* 8. inclinata] indignata *Mo* δσφνς inserui ex *Mo* id est scripsi ex *Mo* idem *A* quidem *L* (*et Rosius*) 9. spinae non om. *A* quiescit] inquiescit *A* omnes artus] omnis actus *A* 10. frequenter imis scripsi ex *A Mo* frequenter, imis *L* (*et Rosius*) 11. qui] et qui *A* collidit] colligit *A* conligit *Mo* resupinatas scripsi cum *Mo* coll. Adam. l. l. χειρῶν φροντίζουσι πτυκαὶ Pseudarist. phys. p. 34, 3 αἱ φροντίζουσι πτυκαὶ καὶ ἔκλυτοι Dion. Chrys. or. 33 p. 18 D. (II, 26 R) χειρῶν φροντίζουσι διάλεγεσθαι resupinatus *L* resupinatus *A* 12. plerumque] plerunque *L A Mo* (*et Rosius*) praemovet] num permovet, ut p. 60, 2?

qui voce est tenui et tanquam quae insonet gutturi, cuius vox prope garrula nec ingrata interdum est nec interest an nimium tarda vox sit an preeceps.

99. Qui amarus est et litigiosus his indicis apparebit: subrideat necesse est, quod Graeci σεσηρέναι dicunt, quod talium vultibus hunc iracundia facere consuevit, prope pallebit, ovatis palpebris et siccis oculis intuebitur, frontem habebit rugosam, faciem violentam, anhelitum spissum, manus saepe collidet vel inter se complicabit, solum pedibus saepius tundet.¹⁰

100. Mansuetum ingenium tale est: vultus omnis iocundus, carne molli, quam Graeci νγρὰν vocant, et aliquanto pleniore circumdatus, membra moderata, oculi tranquilli tardi, motus omnis corporis tardus,

1. tanquam] tamquam *L* quae *scripsi* quis *L* qui
Mo quidem *A* quid? *Rosius* 2. vox prope] prope est *A*
nec ingrata corruptum videtur 3. interest] inter est *L* in-
est *A* an] autem *A* an *om.* *A* 4. ante Qui *titulus*
De Amaris *in L*, De Amaro et Litigioso *in Mo* Qui amarus
est et *om.* *A* his indicis] liis signis *A* apparebit] ad-
parebit *Mo* 5. est] est esse *A* quod Graeci σεσηρέναι
dicunt inserui *ex Mo* σεσηρέναι *scripsi* σηρέναι *Mo* 6.
quod — 7 consuevit inserui *ex A* *Mc* talium] in talium?
hunc] habent *A* delendum videtur 7. pallebit] pallebit
quam integrum *A* post ovatis palpebris fortasse excidit
asperis (*Adam. p. 417, 1 τραχὺ καὶ ξηρὸν βλέπειν*) 8. oculis]
oculis *A* rugosam] rugosam *A* faciem violentam]
faciem violentam *A* num vocem violentam? (*Adam. φθέγγεσθαι*
σφοδρὸν vers. arab. p. 282, 1 magniloquus) 9. anhelitum] an-
heltum *L* anelitum *A* collidet] collidet *Mo* 10. inter se
scripsi cum Mo inse *L* in se *A* complicabit] complicabit
Mo saepius *om.* *A* 11. ante Mansuetum *titulus* De Man-
suetis *in L*, De Mansueto *in Mo* tale] talis *A* vultus
omnis] hominis vultus *A* 12. iocundus] iucundus *Mo* (*et*
Rosius) quam — 13 moderata *om.* *A* 13. circumdatus]
circundatus *Mo* 14. omnis corporis] omni corpore *A*

vox gravior remissa, ultima linea capillorum capitum superius erecta.

101. *Εἰρωνας* Graeci dicunt occultos aliquanto et obscurae mentis homines, quorum os tamdiu fictum atque simulatum est et qui sibimet derogant id quod in aliis praefrerunt, quoadusque obtineant quod proposuerunt obtainere. *εἰρων* ergo est qui circa oculos cutem habet relaxatam, oculos instructos ad speciem bonitatis, vocem summissam facilem ac volubilem, cuius incessus et sermo ita moderatus est, ut φυθμῷ id est numero proximus esse possit.

102. Qui pecuniae cupidi sunt, ita sunt: parvis membris, parvis oculis, parvis vultibus, celeri incessu, incurvi, celeri voce et acuta et quorum vultus tanquam rubore superfusus esse videatur.

1. remissa inserui ex Mo coll. Adam. p. 418, 1 μαλακὴ capillorum capitum scripsi ex A capitum capillorum L Mo (et Rosius) 2. superius om. Mo 3. ante *Εἰρωνας* titulus De

Yronicis in L [Εἰρωνας] YPONAC L Dronas A et om. A 4. quorum] corum A os] cor Mo, fortasse recte om. L tamdiu] tandem A om. Mo 5. est om. A qui scripsi ex A quod L quidem Mo id scripsi ex Mo et LA (et Rosius) 6. quod] qui A quoadusque] quo adusque A obtineant quod proposuerunt obtainere scripsi ex Mo certis signis atque indicis detegantur L om. A fortasse post obtainere est scriendum sed certis signis atque indicis deteguntur.

7. *εἰρων*] Ypon L Iron A oculos om. A 9. summissam] submissam Mo 10. sermo] num motus? (Adam. p. 418, 5 βαινέτω εὐστροφον καὶ πινείσθω πάντη εὐρύθμως) rhythmo

δυνθμῷ PYTHMΩ L rhythmo A 12. ante Qui titulus De Cupidis in L Mo pecuniae scripsi cum Mo pecunia LA 13. membris, parvis oculis] oculis, parvis membris A celeri] celsi A 14. incurvi scripsi (Adam. p. 419, 3 ἐγκενυφότα) injuriosi LA Mo celeri voce et acuta scripsi (Adam. ταχύφωνον, δένθρόν) scelesti ut et vita L Mo celesti ut in vita A et quorum vultus scripsi (Adam. τὴν χροιὰν ὑποφοινίσσοντα) eorum et actus L Mo eorum tactus A tanquam] tamquam L 15. superfusus] perfusus A

103. Homo hirsutus capillis nigris directis, hirsuto ore ac mento et temporibus, oculis pinguibus relucentibus furiosis erit pronus in libidinem, studiosus pantomimorum et aleae deditus.

104. Sunt quidam homines cum stultitia nocentes, qui graece μωροβλάπται dicuntur. hi signorum non una ratione noscuntur. nam interdum animalia signa gerunt, quae explorata atque perspecta dabunt etiam in uno homine utriusque rei intellectum. in quibusdam autem hominibus signa quidem sunt stultitiae, verum eadem exasperata atque efferata. quo igitur magis hoc clarum atque certum sit, respiciamus ad ea animalia, quorum unum quidem genus est atque

1. Homo — 4 aleae deditus] *hanc paragraphum, quae in LAMo male post finem § 104 (efferati sunt) legitur, hic referendam esse Adamantius p. 419, 5 sq. et Polemonis versio arab. p. 280, 5 sq. docent. ante Homo titulus De Furiosis in L, De Furioso et Libidinoso in Mo hirsutus LAMo hirsuto L 2. mento] mente A temporibus] temporibus L temperantibus A oculis] oculis A 3. furiosis scripsi coll. Pseudarist. phys. p. 38, 10 λιπαρὸν τὸ δημάτιον καὶ μάρον et Adam. l. l. furiosus LAMo in] ad A num in vini libidinem? (Adam. φίλοινος) 4. pantomimorum] pantomimorum A aleae deditus scripsi (Adam. φιλόνυψος) maledicus LAMo post maledicus L: Explicit A: Explicit phisonomia anno iesu Christi milesimo centesimo LII. Mo: Finis libri De diversa hominum natura, prout a veteribus Philosophis ex corporum speciebus reperta est, cognoscenda. 5. quidam scripsi ex Mo quidem LAMo homines] hominum Mo stultitia] stulticia LAMo 6. qui — dicuntur om. L μωροβλάπται scripsi μωροβλάπται Mo om. A μωροπένηροι (post dicuntur) Rosius hi] hij A 7. animalia scripsi alia LAMo 8. quae om. A perspecta] perfecta A 9. uno homine] unum hominem Mo in quibusdam] in quibusdam L quibusdam] quibus A 10. quidem] quaedam Mo sunt om. Rosius 11. igitur] ergo A 12. hoc] hic Mo certum] incertum L 13. unum quidem] quidem unum A quidem] aliquod Mo*

unum nomen, animus autem et corporis qualitas diversa atque discreta. nam quemadmodum ovis mansueta est, ita et alia animalia, ut asinus et capra et equus et sus et multa alia. sed quae mansueta magis sunt, et molliora sunt ac leviora et tranquilliora, quae vero ferociora, sicciora sunt et asperiora et vehementiora. ita in hominibus ergo interdum stultitia ipsa ferocior asperior horridior est, interdum affabilior ac lenior. nec solam stultitiam putemus vel stultitiae signa hanc habere discretionem: sunt et alia vitia quae in animi motibus denotantur interdum nocentiora, <interdum leniora> [sunt] et signorum duritia vel mollitia atque vel in affectata simplicitate vel exquisita et elaborata simplicitate discernuntur atque noscuntur. nam et hominibus duobus iniustis propositis

1. animus] alias *A* num animi? 2. quemadmodum] quem admodum *A* 3. ita et] et ita *A* et *om. A* 4. et (pr.) *om. A* quae] quoniam *Mo* 5. sunt ac *om. A* leviora] leniora *L Mo* 6. ferociora] ferocia *L* ferocia ac *Mo* et *om. L Mo* et *om. L Mo* 7. ita] Ut *L* et *Mo* num ita et? post hominibus nonnulla excidisse videntur, quae sunt apud Adamantium p. 422, 3 καὶ ἐπὶ ἀνθρώπων τοίνυν οὕτω χρὴ διαιτεῖν stultitia] stulticia *L* stultiora *A* 8. horridior] orridior *A* affabilior scripsi coll. p. 10, 6; 104, 5; 128, 1 fallacior *L A* (*et Rosius*) facilior *Mo* 9. stultitiam] stulticiam *L* stultitiae] stulticiae *L* stulticie *A* 10. hanc *om. A* discretionem] discretionem *A* 11. denotantur interdum *Rosius* denotantur. Interdum *LA* denotantur, interdum *Mo* nocentiora] innotiora *Mo* 12. <interdum leniora> inserui (Ad. p. 423, 6 τὴν μὲν ἀγριωτέραν ἀδικλαν, τὴν δὲ ἡπιωτέραν) sunt del. *Rosius* duritia] duricia *LA* vel *om. Rosius* 13. mollitia] mollicia. que *L* mollicia *A* atque scripsi quasi *A* quae *Mo* *om. L* vel in affectata scripsi ex *Mo* vel in affectata *L* (*et Rosius*) affectata *A* vel exquisita et elaborata simplicitate inserui ex *Mo* 15. et hominibus duobus *om. A* iniustis] iniustis *L*

alter mollius et affabilius, alter atrocious ac violentius iniustus existit, et intemperantia est quaedam mollior, est et vehementior. et qui molles sunt, pars mansueti, pars bruti atque efferati sunt.

105. his igitur indicis quibus stoliditas denotatur si accedant, ut supra diximus, quae ferociora sunt aut asperiora aut vehementiora aut sicciora aut intenta, etiam malitia non inferior quam stultitia adjudicanda est. redeamus nunc ad superiorem speciem. quo igitur indicio in eo corpore nocentem stultitiam deprehendamus, in quo partim malitiae, partim stultitiae signa sunt, exemplum quod Palemon auctor huius speciei ex homine temporis sui posuit quem sceleratissimum fuisse asseveravit prosequamur. De

1. mollius] melius *A* affabilius] effabilius *Mo* atrocious] atrocious *A* violentius] violencius *A* 2. iniustus] Injustis *L* ex iniustis *A* existit *scripsi cum Mo* ex istis *L* istis *A* intemperantia] in temperantia *L* 3. pars om. *A* 4. bruti] abrupti *L Mo* efferati *scripsi* effeminati *L* effrenati *A Mo* post sunt exciderunt signa stoliditatis 5. his igitur etc. denuo incipit *B* post finem § 24 (p. 40, 3 esse ingenium) *praebet t* his] hiis *A* indicis] inditiis *L* induciis *B* quibus om. *Mo* 6. denotatur] innotatur, sed in extero *A* accedant *Rosius* accedit *LB Mo* accidat *A* ferociora *Mo* (*et Rosius*) facinora *LB* facinorosa *A* 7. asperiora] asperiosa *A* 8. intenta] num deteriora (*Ad. p. 421, 4 καὶ σκαιότερα?*) etiam] eciam *L* malitia] malicia *B* stultitia] stulticia *LB* adjudicanda] adindicanda *B* adjudicandum *Mo* 9. redeamus — speciem om. *L* superiorem] priorem *A Mo* 10. indicio] inditio *L* iudicio *A* in eo om. *B* nocentem] nocente *A* stultitiam] stulticiam *LB* 11. in quo] in quo *B* malitiae] malicie *LB* stultitiae] stulticiae *LB* 12. quod — 13 posuit] quod temporibus suis palemon auctor huius speciei ex homine posuit *L* (*et Rosius*) quod temporibus suis palemon (plemon *B*) posuit *u* quod Polemon temporibus suis posuit *Mo* 13. temporis sui *scripsi cum Maiero* p. 4 coll. p. 43, 3 quem — 14 asseveravit om. *t*

homine vero dicit cuius erat nocens stultitia capillo
 fuisse tenso eodemque horrido tanquam ex frigore,
 capite angusto obliquo, auribus ingentibus inclinatis
 ac propemodum infractis, cervice dura, temporibus
 5 rotundis non levibus sed ut ipse Palemon nominat
 $\gamma\lambda\alpha\varphi\nu\varrho\sigma\zeta$; frons in eo fuit angusta et aspera, oculi
 parvi tenebrosi sicci cavi subdiffuentes rigidi, genae
 angustae prolixae, barba longissima, os longe rescissum
 patens semper ac si incisus vultus esset, omne inter-
 10 vallum oris eius apertum, incurvus ipse, utero pro-
 minente, cruribus crassis, articulis manuum et pedum
 vastis atque duris, quod est proprium stultorum, colore
 subpallido, tumentibus ciliis ita ut semper eum \langle cra-
 pula \rangle vel somno pressum esse dices, vox ovium
 15 similis impudens deformis detestabilis. praeterea

1. vero om. t stultitia] stulticia *LB* 2. tenso *scripsi*
coll. p. 137, 12; 120, 16; 140, 18 (Ad. p. 424, 4 τεταρβόθριξ)
 denso s horrido] calido *B* tanquam] tamquam *L* ex
 frigore] exfrigore *B* 3. angusto] augusto *A* ingentibus]
 in gentibus *L* inclinatis] in clinatis *L* obeumatis *A* 4.
 propemodum] prope modum *L* propemodum infractis] prope
 infractis modum *A* infractis] in fractis *L* temporibus] tim-
 poribus *L* 5. levibus] lenibus *LB* sed] si *B* Pale-
 mon] palemon *B* 6. $\gamma\lambda\alpha\varphi\nu\varrho\sigma\zeta$ inserui ex *Mo coll. Adam. l. l.*
 eo] ea *B* 7. subdiffuentes *scripsi* ex *Mo coll. p. 48, 3*
 et 5 subdefluentes *L* (*et Rosius*) subride de fluentes *B* que
 defluentes *A* 8. barba *scripsi* (*Adam. γένετον μακρόν*) labia s
 rescissum] recisum *u* 9. ac si incisus] acsi proscissus *Mo*
 omne] omnem *A* intervallum] inter vallum *L* 10. oris
 eius] eius oris *A* incurvus] in curvus *LB* utero *scripsi* ex
LB Mo oculo *A* ventre *Rosius* 11. et pedum] acpedum *B*
 12. est proprium] proprium est *B* 13. subpallido] sub-
 pallido *L* \langle crapula \rangle inserui *coll. Adam. l. l. έξ ὑπνον καὶ*
 $\piραιπάλης$ 14. vel inserui ex *B Mo* somno] sompno *A*
 pressum] oppressum *A* esse om. *u* dices] dicens *A*
 15. impudens] impudens *LA Mo* deformis om. *Mo*

humeros eidem et palpebras spasmus frequentissime contrahebat; qui ita taedio et intemperantia agebatur, ut dentibus barbam absumeret semper atque ederet, ex mento autem vel alios longe positos capillos manu intorquens ori devorandos applicabat. hic autem homo 5 omnes feras secundum Palemonis sententiam et omnes homines sui temporis malitia malos, stultitia stultos supergressus est et utriusque speciei larga et clara indicia homo unus hic edidit.

106. Nunc autem primo dicendum est de invere- 10 cundis. qui inverecundus est, ita esse debet: patulis oculis lucidis, palpebris crassis et sanguinolentis, aliquanto incurvus, scapulis in acutum eminentibus, non tamen erectus, *<verum>* pronior, mobilis, aspersus rubore, sublucente intrinsecus sanguinolento colore, 15 vultu rotundo, pectore superius retracto, inferiore palpebra magis crassa; et quibus caput in modum

1. eidem] idem *B* eiusdem *A* spasmus] spatmos *B*
2. taedio] tedio *LB* tedeo *A* num inedia? 3. absumeret
scripsi cum *Mo* ab sumeret *L* assumeret *u* (*et Rosius*) 4.

ex mento] Ex mento *L* Ex merito *B* ex merido *A* et mento *Mo* 5. intorquens] in torquens *L* hic *Rosius* His *LB* hys *A* Is *Mo* autem *om.* *Mo* 6. omnes] omnis *B* feras] feros *Mo* 7. malitia] mali-
cicia *LB* malos — 9. indicia *om.* *B* stultitia] stulticia *L*
8. supergressus] super gressus *L* 9. indicia] inditia *L*
iudicia *A* homo — edidit] nimis hic edidit homo *A* 10.
Nunc autem — de inverecundis rubr. *L* de invercundis
rubr. *B* De Inverecundis. *Mo* *om.* *A* 11. est, ita] est.
Ita *A* esse debet] debet esse *B* 12. oculis] oculis *A*
lucidis] lucis *B* 13. incurvus] in curvus *L* bicurvis *B*
scapulis] spatulis *B* in acutum] inacutum *L* in acutis *A*
non] nec *A* 14. erectus] eretis *B* *<verum>* inserui
coll. *Pseudarist. phys. p. 30, 16* ἀλλὰ μηδὲ προπετέστερος
15. intrinsecus sanguinolento] intrinsecus. sanguinolento *Mo*
17. caput] capud *A* in modum] inmodum *LB*

mallei prolixum est et prominet ante ac retro, et quibus cutis oris tensa est, inverecundi sunt.

107. Honestas morum et tranquillitas hominis qui graece *κόσμιος* dicitur his indiciis colligenda est: 5 movetur tardius, loquitur gravius, vocem infirmi potius spiritus quam expressam et claram habet, quam Graeci *τὴν κοιλοστομίαν* vocant, oculis erit non per-lucidis, magis nigris, non satis clausis nec *⟨patulis⟩*, *⟨palpebris⟩* tardis: palpebras enim celeres diximus 10 alias imbellem, alias calidum indicare.

108. Homo animosus, qui graece *θυμοειδής* dicitur, ita erit: corpore rectus, lateribus idoneus, artus omnibus membris atque concinnus, prope rubicundus. huius

1. ac] a. ac *B* et *A* et] ac *A* 3. *ante* Honestas
titulus De honestatae Morum in *L*, De honestate morum in
Mo 4. qui — dicitur *om. L* qui] que *A* *κόσμιος*
scripsi cum Rosio, qui post dicitur *inseruit λόις Mo om. u,*
sed in B post dicitur *lacuna quinque litterarum his] hys A*
indiciis] inditiis L indiscreta A colligenda] colligenda
Mo 5. *tardius] tardus B loquitur] loquetur B* 6.
spiritus om. Mo expressam scripsi ex B Mo expressum
LA (et Rosius) *clarum scripsi cum Mo clarum Lu habet*
scripsi coll. p. 104, 1; 135, 4 subit LA Mo (et Rosius) subiit B
quam — 7 vocant om. L quam] quod B (et Rosius)
que A 7. *τὴν κοιλοστομίαν inserui ex Mo cf. Quintil. inst.*
or. I, 5, 32 post vocant *lacuna septem litterarum in B*
perlucidis] per lucidis L 8. magis *om. A, et fortasse de-*
lendum (Pseudarist. phys. p. 32, 3 δύμάτιον ἀλαιμπῆς μέλαν)
nigris] nigrum A ⟨patulis⟩ inserui apertis Rosius 9.
⟨palpebris⟩ ego ante, Rosius post tardis inseruit 10. *im-*
bellem] inbellem s calidum] callidum L 11. *ante Homo*
titulus De Animosis in LBMo qui — dicitur om. L θυ-
μοειδής scripsi θυμωειδής Mo om. u θυμώδης post dicitur
inser. Rosius 12. *lateribus] laboribus Mo idoneus scripsi*
ex B Mo coll. Pseudarist. phys. p. 34, 12 εὐπλευρος idoneis LA
artus] artibus Mo 13. *membris atque] atque membris*
Mo concinnus] concinnis L Mo continuis A voce rubi-
cundus desinit B

scapulae grandes separatae latae, extremitates pedum et manuum grandes tenaces, leve pectus, levia inguina, barba facile increscens, ultima linea capillorum capit is deorsum demissa, frons rotunda, capillus non planus, sed assurgens; supercilia trucia atque subrecta habebit et nares in origine sua id est super cilia aliquanto inferiores.

109. Mansuetus homo ita intelligitur: erit solido ac forti vultu, carne ampliore ac molli id est ὑγρῷ, corpore maiore magis quam minore, mensuris corporis inter se congruentibus, aliquanto resupinus, ultima linea capillorum capit is superius reducta, imae manus ac pedes γλαφυραί, γλαφυρὸν autem intelligendum est, quod non uniforme est nec congestum sed discretum tanquam interrasum vel insculptum.

110. Misericordem ex his intelliges: γλαφυροῖς membris esse debet, cuius nominis significationem

2. leve] laeve *Mo* levia] laevia *Mo* inguina] nigra *A*
 4. demissa] dimissa *A* 5. assurgens] adsurgens *Mo* 6.
 et] etiam *Mo* nares] aures *Mo* in — 7 inferiores inserui
 ex *Mo* obuncas *Rosius* olim cavas vel patulas conieci coll.
Ps. Pol. § 70 p. 427, 7 δινῶν ποιλότης super cilia scripsi
 supercilia *Mo* 8. ante Mansuetus titulus De Mansuetis in
L Mo solido om. *A* 9. ac] et *A* carne] et carne *A*
 id est scripsi ex *Mo* idem *L* (et *Rosius*) om. *A* ὑγρῷ
 inserui ex *Mo* 10. maiore om. *A* 11. inter scripsi cum *Mo*
 in *L A* resupinus] resupini *A* 12. imae] sine *A* 13. pedes
 e pedis corr. *L* pedis *A* *Mo* (et *Rosius*) γλαφυραί — intelligendum est inserui ex *Mo* aut intelligendum est *A* om.
L (et *Rosius*) intelligendum intellegendum *Mo* 14. uniforme] uniformi *A* 15. tanquam] tamquam *L* interrasum]
 intra *A* vel om. *A* insculptum] inscultum *A* pros-
 sculptum *Mo* 16. ante Misericordem titulus De Misericordi-
 bus in *L Mo* his] hiis *A* intelliges] intellegis *A* intellegis
Mo γλαφυροῖς inserui ex *Mo* ante membris, *Rosius* post
 debet debet ὑγροῖς *Saupius* 17. membris esse] membris.
 Esse *L* esse membris *A* debet] debet misericors *L* om. *A*

supra insinuavimus, coloris albi, nitidis oculis, naribus ex superiori parte tenuioribus. huiusmodi homines et ad lacrimas sunt faciles, mulieribus dediti et edunt facilius sobolem femininam, moribus autem prope-
5 modum multiformes.

111. Qui amoribus est deditus ita intelligitur: memor esse debet, ingeniosus, calidus, oculos habere prope lacrimantes et prope pallidos.

112. Libidinosi et intemperantes libidinum ita
10 sunt: color albus, corpus hispidum rectis capillis, partes oris hispidae directis et solidis capillis et nigris, item tempora hispida similibus capillis. oculos habebunt pinguiores humidos, crura tenuia nervis intenta atque hispida, ventrem pinguem, mentum reflexum <ad>
15 nares ita ut inter nares et mentum cava sit quaedam

1. nitidis *scripsi* (*Pseudarist. p. 36, 14 ιπαρόμματοι*) nigris
- L A Mo* 2. tenuioribus] tenuoribus *A* 3. et om. *A* ad lacrimas] adlacrimas *L* lacrimas] lacrymas *Mo* 4. sobolem] subolem *Rosius* femininam] femineam *A* verba moribus — 5 multiformes labem contraxisse videntur autem] autem unus *Mo* autem sunt? 5. multiformes] uniformis *Mo* num uniformes? 6. ante Qui titulus De multiformibus moribus deditis in *L*, De moribus deditis in *Mo* amoribus *Rosius* diversis moribus *L* moribus *A Mo* intelligitur] intellegitur *Mo* 7. calidus] callidus *L Mo* 8. lacrimantes] lacrymantes *Mo* 9. Libidinosi] et libidinosi *L* et *scripsi* ex *A* id est *L Mo* (et *Rosius*) ita sunt] sunt ita *A* 10. hispidum rectis capillis *scripsi* (*Pseudarist. p. 38, 10 δασὺς τὸ δέλαις θρηξ*) hispidum, recti capilli *L A Mo* 11. item *Rosius* ita *L A Mo* 12. tempora] tempora *L* habebunt] habent *A* 13. pinguiores *scripsi* (*Pseudarist. ιπαρόν τὸ δύματον*) pigriores *L A Mo* tenuia] tenua *A* nervis intenta] quae nervis intenta sunt *Mo* 14. hispida] hypsida *A* <ad> inserui (*Ps. Pol. § 72 p. 428, 2 ἀνεσπάσθαι τὸ γένειον πρὸς τὴν φίνα*) 15. ut] ut pronae *Mo* quaedam] quondam *A*

planities, et quibus vena in brachiis est, et qui in palpebris capillos raros et defluentes habent.

113. Loquaces sunt, qui superiores partes corporis multo maiores habent quam inferiores ab inguine, qui vultus habent γλαφυρούς, supra autem expositum est 5 hoc nomen, qui ventrem hispidum habent.

114. Quibus memoria viget, superiores partes corporis minores habent, easdem etiam γλαφυρὰς et sicciores.

115. Molles autem, quos Graeci κιναίδοντες dicunt, 10 ita sunt: inclinato ad <dextrum> latus capite, coniunctis scapulis, qui extollunt calcanea, qui plerumque iunctos habent pedes, qui cum loquuntur glauciunt aliquatenus ut oves, qui narem suam respiciunt et qui narem digitis suis dirigunt atque fingunt, qui 15 quod aut ipsi sputant aut alii sollicite calcant et ob-

1. in palpebris] inpalpebris *L* palpebras *Mo* 3. corporis *om.* *L Mo* 4. ab inguine] abinguine *L* qui vultus habent *om.* *L* 5. γλαφυρούς *Mo* (*et Rosius*) ὑγρούς *Sauppius om.* *LA* supra] superius *A* (*et Rosius*) autem *om.* *A* 6. habent. Quibus] habent, quibus *Mo* 8. etiam] esse *Mo* γλαφυρὰς inserui ex *Mo* et *om.* *A* 9. sicciores] solidiores? (*Pseudarist. p. 38, 16 σαρκωδέστερα*) 10. Molles scripti Cinedi *L* inedi *A* Cinaedi *Mo* autem scripti ex *L Mo* aut *A* (*et Rosius*) quos — dicunt *om.* *L* Graeci scripti quidem *A Mo* (*et Rosius*) κιναίδοντες dicunt scripti ex *Mo* dicunt ἀνδρογύνοντες *Rosius* κιναίδοντες *om.* *A* 11. ad] ab *A* <dextrum> inserui coll. p. 77, 8 et *Pseudarist. p. 34, 2 ἔγκλειται τῆς κεφαλῆς εἰς τὰ δεξιά capite]* capite erunt *A* coniunctis] conductis *Mo* 12. scapulis] spatulis *L Mo* calcanea] calcaneum *A* plerumque] plerunque *A Mo* 13. qui cum loquuntur scripti cum loquuntur (locuntur *A*) qui *LA* (*et Rosius*) cum loquuntur: qui *Mo* 14. aliquatenus] quatatenus *A* acutius *Mo* narem suam] num nates suas? 15. suis *om.* *A* fingunt] figunt *A* 16. alii] alius *Mo* sollicite] solliciti *A* solcrite *Mo* obterunt] ob terunt *L*

terunt, qui saepe inspiciunt partes eas sui corporis quas pulchriores sibi habere videntur, qui frequenter subrident loquentes, qui vocem tanquam perfractam habent, qui supercilia seiuncta, qui demissum superius 5 cillum ita ut inferius occupetur, quibus salientibus etiam scapulae prosiliunt, qui movent corpus ut mulieres, qui brachia perversa habent et qui tunicam circa lumbos tendunt, qui cum rident clamant et qui frequenter manus aliorum apprehendunt.

10 116. Multis locis dictum est nimietates esse vitiosas et optimam esse medietatem, sed nunc repetimus non sinceram esse medietatem nec summo examine exploratum id quod medium est nec semper atque in omnibus praevalere, sed interdum temperamentum tunc 15 optimum iudicari, cum non medium inter duas nimietates constituitur, sed cum magis ad partem alteram vergit. exemplis igitur duobus vel tribus propositis erit hoc manifestius, quae signa sint optima. diximus etenim <et altos et> cavos oculos esse vitiosos. si igitur 20 ad certam medietatem respiciamus, plani oculi

2. quas] quis *A* pulchriores] pulcriores *A* 3. tanquam] tamquam *L* 4. demissum] diversum *A* superius om. *A* 5. occultetur?] 6. movent corpus] corpus movent *A* 8. qui (pr.)] et qui *A* 9. frequenter] frequentes *L* 10. apprehendunt] apprehendunt *A* adpraehendunt *Mo*

12. sinceram] cinceram *A* synceram *Mo* num certam, ut l. 20 et p. 136, 14? nec] nec nisi *Rosius*, fortasse recte 13. exploratum om. *A* nec] non *A* atque] equo *A* 14. praevalere om. *A* interdum] dum in *A* 15. inter *Mo* (et *Rosius*) in *LA* nimietates *Rosius* medietates *LA Mo* 16. partem alteram] alteram partem *A* 18. quae] quem *A* 19. etenim *Mo* (et *Rosius*) et enim *L* enim *A*, fortasse recte <et altos et> inserui coll. p. 48, 14 et 47, 7sq. oculos] oculos *A*

20. respiciamus scripsi ex *L Mo* respicimus *A* respiciatur *Rosius* oculi] oculi *A*

erunt optimi; sed constituimus eos oculos esse optimos, qui aliquanto inferiores sunt quam plani: refertur enim hoc ad leonem. diximus etiam enorme et nimium caput nec non et breve esse vitiosum: secundum hanc igitur diffinitionem mediae magnitudinis caput optimum debuit iudicari, sed iudicatur optimum caput, quod aliquanto sit medio maius. item diximus os et cum breve est et cum enorme, esse vitiosum: secundum haec igitur mediae magnitudinis os optimum esse debuit, sed non ita est: os enim tunc optimum est, 10 cum aliquanto est maius quam medietas constituit: refertur enim etiam hoc ad leonem. secundum haec igitur exempla medietas non ex mensura nec modo neque pro ratione cum in diversos motus fuerit certa capienda est, sed prout eam ἐπιπρέπεια dictaverit, 15 haec enim medietatis et temperaminis auctor esse debet.

117. Quae sit autem vis ἐπιπρέπειας, superius expositum est: quae animum intuentis atque conside-

- | | |
|--|---|
| 1. erunt optimi] optimi erunt <i>A</i> | 2. refertur] defertur |
| <i>A Mo</i> | <i>Mo</i> |
| 3. hoc] hos <i>A</i> | 4. caput] |
| capud <i>A</i> | enorme] enormae <i>L</i> |
| nec non] necnon <i>Mo</i> | 5. diffinitionem <i>scripsi</i> |
| <i>ex LA coll. p. 62,</i> 4 | <i>ex</i> <i>LA</i> <i>coll. p. 62,</i> 4 definitionem <i>Mo</i> (<i>et Rosius</i>) |
| cap <small>ū</small> <i>A</i> | caput] |
| 6. iudicatur] iudicant <i>A</i> | caput] cap <small>ū</small> <i>A</i> |
| que <i>A</i> | 7. et] |
| 8. est <i>scripsi ex Mo</i> | esse] esset <i>LA</i> |
| esset <i>LA</i> | cum] est <i>A</i> |
| esse] esset <i>A</i> | 9. haec om. <i>A</i> |
| hoc om. <i>A</i> | 12. etiam inserui ex <i>Mo</i> |
| ad leonem] adleonem <i>L</i> | haec om. <i>A</i> |
| ex mensura] exmensura <i>L</i> | 13. nec] neque <i>A</i> |
| inserui ex <i>Mo</i> | 14. pro ratione |
| cum] quae? in diversos] indiversos <i>LA</i> | 15. diversus <i>Mo</i> num inter diversos? |
| diversus <i>Mo</i> | motus om. <i>A Mo</i> |
| inter diversos? | ratio <i>L</i> om. <i>A</i> |
| prout] pro ut <i>L</i> | 16. haec <i>scripsi ex Mo</i> nec <i>LA</i> ea |
| eam] ea <i>A</i> | <i>Maier p. 4</i> medietatis <i>A</i> |
| <i>scripsi ex Mo</i> | temperanimis <i>A</i> |
| <i>scripsi ex Mo</i> | 18. ἐπιπρέπεια <i>scripsi ex Mo</i> artis huius <i>L</i> |
| <i>cf. p. 63, 6 sq.</i> | phisiognomie <i>A</i> |

rantis ad certae speciei similitudinem mox trahit, cum aut feminini aut masculini aut alicuius animalis ingenium imaginatur. ut autem etiam proprietates possis animalium colligere, pauca ex Loxo exempla propone-
mus. nam Palemon partem hanc operosius, Aristoteles solito obscurius, Loxus autem breviter quidem locum hunc sed planius est exsecutus, quod homines sint animalibus similes.

118. Equus animal erectum est atque exultans,
in certando animosum, victoriae cupidum, non impatiens laboris. homines ergo qui ad huius animalis speciem referuntur, capillo erunt tenso rubeo, genas habebunt maiores, collum longius, nares magis patulas, labium inferius demissum, erunt calidi in venerem, iactantes sui, contentiosi nimium, sapientes minus.

119. Asinus animal est iners, frigidum, indocile, tardum, insolens, vocis ingratae. qui ad huius ani-

1. ad *Mo* (*et Rosius*) et *LA* 2. aut] aud *A* aut]
aud *A* aut] aud *A* 3. imaginatur] immachinatur *A* etiam
proprietates *scripti* proprietates etiam *Mo* proprietates *LA*
(*et Rosius*) possis *Mo* (*et Pitra Spicil. Solesm. III p. 321*
e Parisino, ut videtur) possit *LA* (*et Rosius*) possis animalium] animalium possit *A* 4. colligere] conligere *Mo*

ex Loxo exempla] exempla de Loxo *A* 5. Aristoteles]
aristotiles *LA* 6. solito] secundo *L Mo* breviter — 7 ex-
secutus] breviter est, quod ad locum hunc adtinet, set planius
executus. *Mo* quidem] quam *A* 7. est om. *A* exsecutus]
executus *A* (*et Rosius*) quod — 8 similes *titulus in*
Mo 8. similes] similes et cetera de equo per exemplum *A*
9. erectum est] rectum est bis *A* exultans, in certando]
exultans in certando *L* 10. impatiens] inpaciens *L* in-
patiens *A Mo* 12. referuntur] referentur *Mo* 15. con-
tentiosi] optentosi *A* nimium] nimis *A* sapientes minus]
minus sapientes *A* 16. iners] nimis *Mo*

malis speciem referuntur homines, necesse est sint cruribus crassis, longo capite, auribus crassis longis, labiis demissis, voce deformi: qui sunt tardi, frigidi, penuriae atque iniuriae contemptores.

120. Bos animal est habens caput grande, frontem latam, oculos grandes, os latum, nares latae, latera grandia, ventrem pleniorum. ad huius animalis speciem homines qui referuntur, erunt indociles, consilii egentes, loquendi et agendi ignavi, tardiores, regi magis quam regere apti, non tamen sine honestate nec iniusti, sed fortes.

121. Cervus animal est timidum, velox, iracundum, incautum. qui ad huius animalis speciem referuntur homines, erunt longi, angustioribus membris, habentes genas maiores, velociter ambulantes: qui etiam facile ad iracundiam provocantur, parvum animum gerentes, instabiles, calidi et acuti nimium et inefficaces erunt.

122. Leo animal est edendi avidum magis quam bibendi, saevum cum irritatur, quietum cum non impellitur, vehemens cum cibo indiget, tranquillum cum satiatum est, forte et invictum cum dimicat. qui ad huius animalis speciem referuntur homines, erunt capite

1. sint] ut sint *A* 2. longo] longis labiis longo *A*
 longis, labiis *om. A* 3. demissis] remissi *A* remissis
Mo deformi] deformes *A* qui] quidem *A* 4. contemptores] contentores *A* 5. caput] capud *A* 7. ventrem] ventre *A* 10. quam] quem *Rosius* apti *om. A* 13. incautum] in cautum *L* 14. erunt *om. A* membris] membris *A*

15. qui] quin *Pitra Spicil. Solesm. III p. 322* 17. calidi scripsi] callidi *Mo om. L A* (*et Rosius*) nimium] animi *Mo*

19. irritatur] iratur *A* impellitur] inpellitur *L A* interpellatur *Mo* 21. forte *om. A* et inserui ex *Mo*

grandiore, oculis perlucidis, resciuso ore, naribus capa-
cibus, cervice solida, humeris et pectore ingentibus,
ilibus angustioribus, femoribus siccoribus, pedes imos
et manus habebunt discretas atque seiunctas, rubei
5 aliquantum, refracto capillo. in his ingeniis affectus
nullus, nulla fides amicitiae, nulla religio.

123. Canis animal est quod facile irascitur, facile
blanditur, cibis suavibus deditum, quod Graeci λίχνον
vocant, offenditur facile, quod graece φιλεγκλῆμον
10 dicitur, vigilat facile. qui ad huius animalis speciem
referuntur homines, erunt acuti vultus, proscissi oris,
longi corporis, acutae naris, oculorum eminentium,
maledici, calidi, leves, facile irascentes.

124. Simia est animal malignum, ridiculum, turpe.
15 qui ad huius animalis speciem referuntur homines,
erunt parvi, cavis oculis, malae barbae, brevibus cer-
vicibus, parvorum oculorum, rugosi vultus, imitatores

1. perlucidis *scripsi* cum Mo perlucidi *L* (*et Rosius*) super-
lucidis *A* resciiso *scripsi* coll. *p. 129, 8* scissi *L Mo* sicco *A*
3. femoribus] faemoribus *L* *om. A* imos] imolis *L* 4.
post seiunctas lacuna statuenda videtur rubei] rebei *A* 5.
aliquantum] aliquantulum *A* his] hiis *A* num huiusmodi?
ingeniis *scripsi* ex *Mo* ingenii *L A* (*et Rosius*) 6. fides ami-
citiae, nulla] fides, amicitiae nulla *Mo* 7. irascitur] irascatur
L (*et Rosius*) 8. blanditur] blandiatur *L* (*et Rosius*) dedi-
tum] deditus *A* quod — 9. vocant *om. L* λίχνον *scripsi*
λίχνδν Mo lacuna octo vel novem litterarum in *A* 9. offen-
ditur — 10. dicitur post vigilat facile *A* (*et Rosius*) quod
— 10. dicitur *om. L* φιλεγκλῆμον *scripsi* φιλεγκλήμαν Mo
om. A 10. post dicitur lacuna decem vel undecim litterarum
in *A* 11. homines inserui ex *Mo* acuti — oris] parvi,
vultu intercisoris *Mo* proscissi oris] procisoris *A* 12.
acutae naris *scripsi* ex *Mo* acuti moris *L A* (*et Rosius*) 13.
calidi *scripsi* ex *A* callidi *L Mo* (*et Rosius*) leves] lenes *A*
facile] faciles *A* 15. homines inserui ex *Mo* 16. malae]
male *L A* 17. oculorum] oculorum *A*

ingeniorum alienorum, ipsi imperfectum ingenium habentes.

125. Anser animal est audax, pigrum, inane, clamosum. qui ad huius animalis speciem referuntur homines, erunt latis pedibus, cruribus brevibus, grandibus calcaneis, naribus longis et directis, capite prope modum rotundo, oculis rotundis splendidis, dorso lato. huiusmodi hominibus nihil est commendandum: non enim reddent quod acceperint, fidem autem minus repreäsentant ex eo magis quod edaces sint <quam> 10 quod parum fideles. idem ipsi et quod dederunt reponscere negligunt.

126. Lupus animal est rapax, iracundum, insidiosum, audax, violentum. qui ad huius animalis speciem referuntur homines, ita erunt: naribus obuncis, deorsum 15 detractis superciliis coniunctis hispidis, oculis parvis clausis subcavis, capite parvo rotundo, hispido corpore, protensis capillis, reductis ac restrictis cruribus. huiusmodi homines callidi, impii, gaudentes sanguine, ad iracundiam faciles, moribus pravi usque adeo sunt, 20

1. imperfectum] imperfectum *L A Mo* 3. est *om. A*
audax] *num edax coll. l. 10?* at cf. *Pol. vers. arab. p. 184, 2:*
anser rigidus pavidus audax *pigrum]* *pig A* 5. *homines*
om. A *grandibus]* *grandis A* 6. *propemodium]* *prope*
modum L A 9. *quod acceperint om. L Mo* 10. *repreäsentant]* *num praestant?* *ex om. A* *magis quod]* *quod ma-*
gis A *edaces]aedaces L* *quam Mo (et Sauppius) om. L A*
(et Rosius) 11. *dederunt]* *dederint Mo* 12. *negligunt]* *ne-*
cligunt A *neglegunt Mo* 13. *animal est]* *est animal L (et*
Rosius) *iracundum]* *iracundis A* 14. *ad huius]* *adhuius L*
15. *homines inserui ex Mo* *ita om. A* *deorsum]* *dor-*
sum A 16. *coniunctis]* *conectis A* 17. *clausis]* *clusis*
Mo *subcavis]* *sub cavis L* *hispido corpore]* *corpore*
hispido A 19. *homines om. A* *callidi]* *calidi A* *impii]*
inp ii Mo 20. *moribus om. Mo* *pravi]* *parvi A*

ut quod datur vel offertur non accipient, quod non datur rapiant.

127. Testudo animal est iners, stultum, vorax, quod neque sibi aliquid neque cuiquam alteri prodest. mulier ⁵ quaecunque ad huius animalis speciem refertur ita est: collo brevi, dorso lato, pedibus latis, rugoso vultu et maxime malis. huiusmodi mulier inepta, inefficax, ingrata.

128. Coluber animal est saevum, nocens, insidiosum, cum constituerit animum terribile, cum timuerit fugax, gulae deditum. qui ad huius animalis speciem referuntur homines, ita erunt: capite parvo tenui rotundo, oculis parvis rotundis lucidis, collo longo tenui, ore praeciso, prolixo corpore, pectore acuto, caput velociter ¹⁰ et facile commovebunt. homicidae quoque huiusmodi homines erunt, audaces, timidi, studentes malitiae.

129. Noctua, quae graece < $\gamma\lambda\alpha\tilde{\nu}\xi$ > dicitur, animal est loquax, ignavum, mutabile, nunquam in isdem permanens locis, sine affectu adeo ut pullos non ipsa

- | | | | |
|---|--|---------------------------------|---|
| 1. quod datur vel offertur] | quae dant vel offerunt <i>A</i> | 2. | |
| datur rapiant] | dant recipient <i>A</i> | 4. cuiquam <i>om. A</i> | 5. |
| quaecunque] | quaecumque <i>A</i> | 7. inefficax, ingrata] | ingrata |
| inefficax <i>A</i> | inefficax] in efficax <i>L</i> | 10. constituerit ani- | mum terribile |
| 11. fugax | scripsi ex <i>Mo</i> constiterit, animum terribilem | <i>L A</i> (<i>et Rosius</i>) | <i>scripsi ex Mo</i> fugit <i>A</i> fingit <i>L</i> |
| huius] | <i>scripsi ex Mo</i> fugit <i>A</i> fingit <i>L</i> (<i>et Rosius</i>) | 12. homines inserui | (<i>Rosius</i>) |
| ex <i>Mo</i> ita <i>om. A</i> | <i>ex Mo</i> inserui <i>ex Mo</i> ante (<i>Rosius post</i>) | 14. praeciso] | rescissio <i>Mo</i> acuto |
| astuto <i>L A Mo</i> num angusto? | <i>ex Mo</i> ante (<i>Rosius post</i>) dicitur <i>om. A</i> | 15. huiusmodi ho- | <i>Pitra l. l.</i> |
| homines] | <i>ex Mo</i> ante (<i>Rosius post</i>) dicitur <i>om. A</i> | 16. timidi] | tumidi <i>Rosius</i> , |
| huiusmodi <i>A</i> | <i>ex Mo</i> ante (<i>Rosius post</i>) dicitur <i>om. A</i> | 17. quae — dicitur <i>om. L</i> | <i>sed cf. l. 10 et p. 73, 11</i> $\gamma\lambda\alpha\tilde{\nu}\xi$ |
| 16. timidi] | <i>ex Mo</i> ante (<i>Rosius post</i>) dicitur <i>om. A</i> | 18. est | <i>inserui ex Mo</i> ante (<i>Rosius post</i>) dicitur <i>om. A</i> |
| tumidi <i>Rosius</i> , | <i>ex Mo</i> ante (<i>Rosius post</i>) dicitur <i>om. A</i> | <i>om. A</i> | <i>loquax inserui ex Mo</i> ignavum] |
| <i>sed cf. l. 10 et p. 73, 11</i> | <i>ex Mo</i> ante (<i>Rosius post</i>) dicitur <i>om. A</i> | ignavum <i>A</i> | <i>ignavum A</i> |
| <i>17. quae — dicitur <i>om. L</i></i> | <i>ex Mo</i> ante (<i>Rosius post</i>) dicitur <i>om. A</i> | nunquam] | <i>nunquam L</i> |
| $\gamma\lambda\alpha\tilde{\nu}\xi$ | <i>ex Mo</i> ante (<i>Rosius post</i>) dicitur <i>om. A</i> | isdem] | <i>isdem L A Mo</i> |
| <i>inserui ex Mo</i> ante (<i>Rosius post</i>) dicitur <i>om. A</i> | <i>ex Mo</i> ante (<i>Rosius post</i>) dicitur <i>om. A</i> | 19. | <i>hisdem L A Mo</i> |
| <i>ante (<i>Rosius post</i>) dicitur <i>om. A</i></i> | <i>ex Mo</i> ante (<i>Rosius post</i>) dicitur <i>om. A</i> | locis <i>om. Mo</i> | <i>pullos] pulles A</i> |

educet, masculus enim educat filios, cum pullis convenit, variis locis habitat, mediis in muris commoratur: adeo pigra est. mulier quae ad huius *(animalis)* similitudinem refertur, ita erit: obuncis naribus, genas magnas habebit, oculos magnos rotundos, humeros 5 fortes, dorsum latum crassum. huiusmodi mulier nec filiis fidelis nec marito, parsimoniae ignara, manu iners, linguae indulgens.

130. Pavus animal est pulchritudini studens, stultum, posteriores partes corporis sui referens, clamorous, 10 femininae vocis. quicunque ad huius animalis speciem referuntur homines, erunt graciles, non indecori corpore, capite prope rotundo, speciosis oculis, cervice procera, incessu pulchri. idem ipsi erunt faciles ad largiendum, moechi, cinaedi. 15

131. Gallus, qui graece ἀλεκτρὸν dicitur, animal

1. educet scripsi cum *Mo* educat *L* (*et Rosius*) educat suos *A* educat] educit *Rosius* 2. mediis inserui ex *Mo*
3. mulier — 4 similitudinem] Quae ad huius similitudinem mulier *Mo* *(animalis)* inserui 4. ita om. *A* 6. mulier] mulieres *A* 7. filiis fidelis nec marito scripsi fidelis (fidesles *A*) filiis nec marito *LA* filiis nec marito fidelis *Mo*
- parsimoniae ignara, manu *Rosius* parsimonia et ignara manu *LA* parsimoniae gnara, manu *Mo* 8. linguae] lingua *L Mo* lingue *A* 9. animal est] est animal *A* pulchritudini] pulcritudini *A* pulchritudinis *Mo* studens] tumens *Mo*
10. partes corporis sui scripsi ex *Mo* partes sui corporis *L* (*et Rosius*) sui corporis partes *A* 11. femininae] feminee *A* quicunque] Quicumque *L* ad huius] adhuius *L* huius] huiusmodi *Mo* 12. homines inserui ex *Mo* erunt om. *A*
- non indecori] nec indeceri *A* 13. oculis] oculis *A* 14. pulchri] pulcro sunt homines huius *A* idem] lidem *Mo*
15. moechi] mechi *A* cinaedi] ciñi *A* 16. qui — dicitur om. *L* ἀλεκτρὸν ante dicitur inserui ex *Mo*, post dicitur *Rosius* post dicitur lacuna quinque vel sex litterarum in *A* animal est] est animal *A*

est ineptum, in venerem calidum, speciei ac vocis suaे gerens fiduciam magnam. qui ad huius animalis speciem referuntur homines, ita erunt: oculo rotundo nitenti, capite parvo mobili, subrecti collo, levibus humeris, 5 in quibus vis et calor eorum omnis constitutus est. interdum coma capitris gloriabuntur, erecta habebunt crura, barbam honestam, <erunt> vocales, honorem sibi plurimum deferentes, quos necesse est et certamina celebrando superbos esse, aliena libenter assu- 10 mere, non esse contentos matrimonii propriis, sine gravitate, sine consilio, sine reverentia esse.

132. Iuxta haec exempla etiam ceterorum animalium proprietates tam minimas quam maiores corporis partes considerans ad species humanorum morum, prout 15 cuique animali quisque proximus fuerit, referes. retinendum autem, quod interdum ex diversis animalibus de quibus iudicavimus signa convenientia in unum hominem, quae res difficilis quidem ad considerationem,

1. in venerem calidum *om. Rosius* ac] et *A* 3. refe-
runtur] refertur *A* homines *inserui ex Mo* ita *om. A*
oculo] oculo *A* nitenti] intenti *A* 4. mobili] mobiles *A*
subrecti] surrecti *A* subrecto *Mo* levibus *Mo* (*et Ro-*
sius) lenibus *LA* 5. calor] color *L* 7. crura] crucra *A*
<erunt> *inserui* 9. superbos] etiam superbos *Mo* assu-
mere] adsumere *L* haud sumere *Mo* 10. esse] esse conan-
tur *A* 12. haec exempla etiam] hoc exemplar et *Mo* cete-
rorum] caeterorum *Mo* animalium] animalis et *A* 13.
minimas] minimi *L Mo* animi *Pitra l. l.* quam maiores *om.*
L Mo maiores *om. Pitra* corporis] compositionis *A* 14.
partes *om. L Mo* considerans *Rosius* consideratas *LA Mo*
prout] pro ut *L* 15. refers *scripsi* instrueris *LA Mo*
instruxeris *Rosius* 16. interdum] dudum *Mo* ex di-
versis] exdiversis *L* est diversis *A* 17. convenientia in
unum] in unum convenientia *A* 18. quae] quam *A* quidem]
quod est *Mo*

sed tamen ad speciem suam singula referenda sunt nec dubitandum pluribus animalibus unum hominem similem pronuntiare. si enim ita evenerit, ut et equi et simiae signa convenient, non dubitabis eidem et equi insolentiam et simiae malignitatem assignare, 5 vel si tribus animalibus proximus quis fuerit, trium animalium mores illi confidenter ascribe. certum autem est inspectionem hominum ex eo difficilem esse, quod homo unusquisque vitium suum celare nitatur. sed et studia et conversationes satis humana ingenia ob- 10 securant, idque ipsum de quo nunc agitur frequenter evenit, ut multiforme sit unius hominis ingenium, animalia autem simplicia, nuda atque incauta sunt et naturam suam singula in promptu habent.

133. Usque adeo autem Palemon et Loxus doctrina- 15 nam hanc proferunt, ut etiam futurorum quaedam praedicere eam confirmant. ex pluribus igitur quae

-
1. tamen] tantum *Mo* singula] signa *A* 2. animalibus] animalis *A* 3. et om. *A* equi] aequi *L* eque *A*
 4. post convenient verba in unum hominem — signa convenient (*p. 143, 17—144, 4*) in *Mo* repetita sunt ita ut pro quidem legatur est quod, pro tantum extet tamen non dubitabis] indubitandum *A* 5. equi] aequi *L* eque *A* insolentiam] insolentia *A* assignare] adsignare *Mo* 6. animalibus] alia *A* 7. mores illi confiduntur ascribe] ascribe mores illi confidenter *A* ascribe] ascribe *L* adscribere *Mo* certum] Tertum *A* autem est] est autem *A* 8. inspectionem] inspectionum *A* ex eo] exeo *L* difficilem esse] esse difficilem *Mo* 9. vitium] vicium *L* celare] caelare *L*
 nitatur] vitatur *A* 10. et (alt.) om. *Mo* 11. idque] id que *A* 13. sunt et] et secundum *A* 14. in promptu] inpromptu *L* in promtu *A* inter habent et 15 Usque in *L* verba nam mox — frequenter nominavimus *p. 64, 3—65, 6* leguntur 16. proferunt scripsi preferunt *L* praefertur *Mo* (et *Rosius*) praefertur *A* ut om. *A* futurorum quaedam] quedam futurorum *A* 17. praedicere] praedicte *A*

Palemon se praedixisse retulit duo vel tria ponemus exempla, ne vel hoc omissum sit. Apud Samum in convivio hominis vultum se considerasse dicit, qui mutaret interius cuiusque oculi differentiam et †
 5 splendorem vivacitatis suaे pupillae, inquit, eius amiserant. haec igitur intuens Palemon divino etiam praesagio praedixit quid ei futurum esset, et tunc maxime coepit ex his indiciis cognoscere veritatem

1. ponemus exempla] exempla ponemus *Mo* 2. omissum] postmissum *A* Samum] *sámū A* 3. convivio] continuo *A*
 4. interius *om. A* num frequenter colorem? cf. *Pol. vers. arab.* p. 288, 8sq. oculi] oculi *A* differentiam] differentiam *A* haec et sequentia labem contraxerunt 5. splendorem] splendorum *A* inquit] inquit *A* amiserant *scripsi ex L Mo* amiserunt *A* (*et Rosius*) 6. etiam] et *A* praesagio] instinctu *Mo* istificato spiritu *A* 7. esset] etiam *Mo* 8. coepit] caepit *L* cepit *A* his] hiis *A* cognoscere] agnoscere *Mo* post veritatem quae extabant perierunt; in *L* sequuntur verba Nunc de etc. p. 65, 7, in *AMo* Qui genas etc. p. 68, 8sq.

V.

A.

PSEUDOPOLEMONIS
CODICIS GOTHANI ARABICI VERSIO
LATINA.

Vocabula quibus asteriscus appositus est coniectura continentur

PSEUDOPOLEMONIS CODICIS GOTHANI ARAB.
A. 85 (CAT. ACCESS. 1757) PHYSIOGNOMONIA
EX ARABICO IN LATINUM CONVERSA.

| In nomine Dei misericordis miserantis, quem pre-fol.^{23v}
camur auxilium, et laus sit Deo domino mundorum.
Deus fortunet dominum nostrum Muhammedum eius-
que puram familiam.

Haec epistula (agit) de scientia physiognomo-
niae secundum Afilâmûnem — Deus sanciat
eius spiritum — et comprehendit capita:

I.

De signis frontis.

Dicit: qui frontem corrugat, iracundus* est. et
cuius frons parva est, ignarus est. et cuius frons
magna est, piger aut iracundus est. cuius frons
multas rugas* habet, eius possessor superbus est. et
si levis est, sine rugis*, litigiosus et calumniator* est.

Caput II.

De signis supracilii.

Multitudo capillorum in supracilio indicat pos-
sessorem multam curam et tristitiam et paucam
loquelas habere. et si supracilium longum usque

9. Afilâmûnem] *rasum correctum*

ad tempus* extensem est, possessor vanus et superbus est. cuius supracilium nasum versus deorsum et tempus versus sursum vergit, agrestis et stolidus est.

Caput III.

De signis coloris.

5

Si quis praecipue ruber et fulvus est, hoc multum sanguinis cum calore indicat. color qui inter album et rubrum est aequitatem | animi significat, si cutis simul mollis* est. cuius color flammea ignis similis est, irritator* et insanus est. et cuius color leniter 10 ruber est, verecundus* est. cuius color viridis niger est, maligni moris est.

Caput IV.

De signis capilli.

Mollis capillus timiditatem indicat; asper capillus 15 fortitudinem significat. Multi capilli in spina dorsi fortitudinem significant; multi capilli in utroque umero et collo stultitiam et vehementiam* indicant. Multi capilli in ventre et pectore non multum acuminis indicant. Capillus qui in capite et toto corpore 20 arrectus stat, stultitiam indicat.

Caput V.

De signis oculi.

Cuius oculus magnus est, piger est. Cuius uterque oculus prominet, ignarus et ineptus est. cuius 25 oculi non nihil introrsum recedunt, eius animus nobilis

11. verecundus] ms. audax

18. vehementiam] calorem?

est; cuius oculi [prorsus] reclines sunt, hypocrita* est. cuius pupilla valde nigra est, timidus est. si oculus ruber est ut carbo candens, possessor eius furibundus et temerarius (in hostem) est. cuius oculi glauci vel albi coloris sunt, timidus est. cuius oculi umidi* sunt, impudens est. cuius | oculi colore^{24r} vini clari sunt, ignarus est. et cuius oculi fulvi et turbidi sunt, timidus est. oculus qui in glauco fulvum habet, vilitatem morum indicat; nam glaucum stupidi-
 10 tatem* et languorem significat, et fulvum timiditatem et pavorem indicat, et certo si utrumque convenit, mixtura rerum existit. multa puncta in oculo circa pupillam indicant possessorem malum esse. hoc autem si in glauco oculo est, malum plus est quam
 15 bonum. et glaucus oculus malum indicat. si pupilla circa est ut catella, hoc indicat possessorem invidum et ineptum, malum esse; cave igitur eum. nigra fulva pupilla indicat possessorem imperfectorem et caedis cupidum esse. oculi fulvi fulgurantis et viridis,
 20 ut firûzeg*, possessores mali sunt. si cum hoc rubra vel alba puncta coniuncta sunt, possessor pessimus et ignavissimus homo est. qui oculum glaucum viridem habet, perfidus malus est. cuius oculi lucent et qui fulgurat, desiderio ardet. optimi oculi sunt
 25 cyanei, et scias leonem, regem ferarum, | et aquilam,^{25r} regem avium rapacium, oculos cyaneos habere. si cilium oculi nictans est vel reflexum, eius possessor mendax, deceptor, stultus est. vultus aegrotus i. e. cinaedicus similitudinem seminarum [significat]. cuius

6. umidi] ms. igniti 20. firûzeg] i. e. Türkis

oculi velociter et acriter moventur, qui acuti vultus est, fallax, callidus, calumniator* est. cuius oculorum motus tardus est, ac si fixus esset, multae cogitationis et dolositatis est. qui oculum frequenter* trementem habet, malus est, si parvus est; si vero magnus est, minus malitia et plus stultitiae habet. oculus qui continuum obtutum habet, insaniam et stultitiam indicat. cuius oculus colore oculo caprarum similis est, ignorantiam significat. cuius vultus vultui feminarum similis est, salax et rudit* est. 10 cuius vultus vultui puerorum similis est et in cuius vultu totaque facie risus et laetitia est, longae vitae est. cuius oculus oculo boum similis est, stultus est. si oculus tremebundus est, possessor languidus, piger et mulierum amans est. si oculus glaucus 15 parvus, facile mobilis, multum circumspiciens est, possessor vilissimus est. rubri crassi sursum | retorti. oculi possessor ignarus est, vilis, iactans*. si pupilla prominet, dum reliquus oculus suo loco manet, eius possessor valde stultus est. 20

Caput [VI].

De signis nasi.

Cuius nasus extremus tenuis est, litigiosus, instabilis, levis est. qui nasum crassum plenum habet, pauci ingenii est. cuius nasus convexus simulque 25 valde laxus* est, iracundus est. cuius summa pars nasi crassa est, paucum iusti sensum habet. cuius nasus frontem versus arcuari incipit, insolens est.

26. laxus] inflatus?

cuius nasus arcuatur, eius animus nobilis est, ut aquila. cuius nasus depresso est, dum frontem versus rotundus est, salax est ut gallus.

Caput [VII].

De signis oris, labii et dentium. 5

Qui latum os habet, audax est, fortis, scilicet leoni similis. qui labium crassum inferius demissum habet, rudis est animi et stultus. Cuius labium paucum colorem habet, facile aegrotans(?) est. cuius 10 labia tenuia sunt, quae in loco ubi convenient, laxe dependent, ut aliquid labii superioris in inferius cadat, eius animus nobilis est, | ut leonis. cuius labium 26^r crassum est et cuius superius supra inferius pendet, stultus est ut asinus vel simia. qui debiles dentes 15 distantes habet, habet debilem constitutionem. cuius dentes canini longi et validi sunt, avidus et malus est.

Caput [VIII].

De signis faciei.

Si facies hominis faciei irati similis est, iracundus 20 est, et secundum hoc metire. qui faciem carnosam habet, languidus et stultus est. qui genas carnosas habet, crassae naturae est. qui faciem macram habet, de rebus sollicitus est. cuius (facies) valde rotunda est, languidus, stultus et vilis animi est. cuius facies 25 crassa est, languidus est. cuius facies parva est, vilis, hypocrita, adulator est. optima (facies) est

5. dentium] ms. linguae 19. irati] videtur vox corrupta
nomen bestiae, fortasse *hyaenae* continere

media (inter magnam et parvam). qui foedam habet faciem, raro tantum pulchrorum morum est. [Ait (Muhammedus), supra quem salus!: „quaerite bonum apud eos qui pulchras facies habent“. nam mixtura (temperamentum) quae figuram et mores efficit, una 5 est]. qui faciem longam habet, insolens est. qui plena tempora habet et venas colli inflatas, iracundus est.

Caput [IX].

De signis risus.

10

26^v Qui multum ridet, est facilis*, | contemptor(?), non multum sollicitus de rebus. qui non multum ridet, est adversator, oblocutor, non contentus actionibus hominum. qui magnum ridet, impudens est et cavillator. qui in risu casu tussire et anhelare incipit, 15 impudens est, cavillator, tumultuosus.

Caput [X].

De signis auris.

Cuius aures magnae sunt, stultus est et diu vivit.

Caput XI.

De signis colli.

20

Cuius collum crassum est, validus est et violentus; cuius collum gracile est, non multum animi habet. cuius collum crassum et plenum est, iracundus est. cuius collum aequa (media) magnitudine est, nec nimis 25 magnum nec nimis crassum, eius animus nobilis est. cuius collum valde breve est, tam insidiosus est quam

11. contemptor] auxiliabundus?

lupus. cuius collum gracile et longum est, timidus est ut cervus.

Caput [XII].

De signis vocis, spiritus, sermonis.

5 Cuius vox crassa est et clara, fortis est et deceptor. cuius sermo magnus est, preeceps est et pauci ingenii; cuius vox summissa est, contrarius (illi) est. cuius respiratio longa est, vilis ambitionis est. cuius vox gravis est, ventre avido est. cuius vox per nares* 10 exit, invidus est et malitiam celat. | qui pulchram habet^{27r} vocem, stultitiam, stupiditatem et paucam intellegentiam monstrat.

Caput [XIII].

De indicio figurae.

15 Multa caro dura crassitudinem sensus et intelligentiae indicat. caro mollis liberalem naturam et intelligentiam indicat. cuius corpus gracile* est et ossibus validis, praedae (venaticae) amans est. cuius loca* ventri contigua tenuia sunt, duplex* est, primum 20 ut mas, deinde ut femina.

Caput [XIV].

De signis spinae dorsi.

Cuius spina dorsi aequa (media) magnitudine est, fortis animi est. cuius spina angusta et debilis est, 25 debilis animi est. cuius latera plena sunt, ac si essent inflata, eius sermo multus et exilis est. in quo loca ab umbilico* usque ad pectus extremum maiora

17. gracile] ms. proportionale 19. loca] ms. ubera duplex] ms. debilis du-

sunt locis* quae a pectore collum versus iacent, vorax est, pauci sensus, quia ventris impletio intellectum absumit et agitatio patinarum escariarum eius magna est. cuius spiritus validus est, fortis est. qui debiles artus habet et sine carne est, pauci animi est. 5

Caput [XV].

De signis motuum.

Tardus motus stupiditatem indicat, celer instabilitatem; 27^a temperatus est laudabilis.

Caput [XVI].

De signis ventris.

Tenuitas ventris bonitatem intellectus indicat; magnitudo ventris multum concubitum indicat. angustia et tenuitas costarum debilitatem cordis indicant.

Caput [XVII].

De signis dorsi.

Latitudo dorsi vehementiam, superbiam, iracundiam indicat. inflexio dorsi vilitatem* morum indicat; planum dorsum signum laudabile est. angustus 20 umerus exiguum intellectum indicat. latus umerus affluentiam intellectus indicat. prominentia umeri summi stultitiam indicat.

Caput [XVIII].

De signis cubiti et umeri.

Si ambo bracchia tam longa sunt, ut manus genu 25 attingat, nobilitatem animi, magnificentiam et amorem

18. vilitatem] ms. voluntatem

19. angustus] ms. tenuis

principatus indicat. si ambo bracchia valde brevia sunt, possessor malum diligit, praeterea timidus* est. manus mollis subtilis celerem scientiam et intelligentiam indicat. manus valde brevis stultitiam indicat; manus valde angusta maledicam linguam et fatuitatem indicat.

Caput [XIX].

De signis ilium, coxae, tibiae, pedis.

Constrictus* durus pes | possessorem vaniloquum ^{28r}
 10 et hilarem esse indicat. angustia calcis timiditatem indicat; crassitudo calcis strenuitatem indicat. cuius pes parvus et subtilis neque validus est, eius animus debilis est. qui deorsum curvatos et digitos pedis et ungues habet, audax est. cui duo pedis digitii cohaerent, timidus est. Crassitudo carnis in tibiis et genibus animum solutum et impudentem indicat. cuius tibia nervosa est, eius animus fortis est. cuius femur magnum et nervosum est, fortis est. cuius femur carnosum et plenum est, eius animus debilis ²⁰ est. qui paucam carnem in natibus suis habet, ac si eas prorsus detrivisset, eius mores viles sunt. cuius natum ossa acuta sunt, validus et heros est.

Caput [XX].

De physiognomonia quae cum mancipiorum emptione cohaeret.

Necessarium est primum ut color eius magna cum diligentia inquiratur. nam si color variatus est, morbum in hepate vel renibus vel ventre vel fistulas (haemorrhoides) indicat, e quibus multum sanguinem

profundit. deinde in loco lucido superficies corporis eius inquiratur, ne qua tenuis scabiei labes lateat, nam in 28^r initio valde occulta est. | ubi enim tenuis albedo vel nigredo conspicitur, iam (scabies) confirmata est atque invaluit.

5

Caput [XXI].

De dinoscendis temperamentis.

Altitudo vocis calorem temperamenti indicat, lenitas frigus, celeritas sermonis calorem eundemque velocitas obtutus. et collum longum, frigida arteria 10 (larynx), ronchans* et aspera vox siccitatem temperamenti indicat. magnitudo oculi et pulchritudo*, gravitas et prominentia umorem temperamenti indicat. oculus qui oculo Turcorum similis est, umorem temperamenti indicat. simus nasus, multa caro in genis, 15 pauci capilli in maxillis umorem temperamenti indicant. haesitantia linguae umorem indicat. color variatus cum spasio faciei et tumore cilii* inferioris debilitatem hepatis indicat. distantia, tenuitas et debilitas dentium* debilitatem corporis et brevitatem 20 vitae indicat. brevitas digitorum et crassitudo* frigus et umorem significat. subtilitas talorum et pedum debilitatem conformatio[n]is et constitutionis et paucitatem caloris naturalis indicat.

Caput [XXII].

25

De signis impletionis.

20^r Impletionem cavernarum significat rubor coloris, | ardor corporis, pandiculatio, oscitatio*, somnus, sanguis

20. dentium] ms. hominis 27. Impletionem — rubor] ms. Impletio cavernarum significat ruborem 28. oscitatio] ms. mystax

e naribus profluens, gravitas capitis, oculi, temporum, turbatio intellectus et sensuum et magnitudo ovorum. signa impletionis sunt defatigatio* virium, defectio cupiditatis, remissio, languor.

⁵ Signa dominationis sanguinis sunt dulcedo in ore, vesicae, furunculi, rubor et crassitudo urinae atque id plerumque in adulescentia et in cibis qui eum verno tempore* procreant.

Signa dominationis bilis: color fulvus, amaritudo ¹⁰ oris, vis sitis, debilitas appetentiae cibi, proclivitas ad vomitum, siccitas linguae, album oculi flavesiens, rubor urinae et tenuitas.

Signa dominationis melancholiae: ardor in ventre, appetentia cibi fallax, decoloratio coloris, nigredo ¹⁵ et crassitudo sanguinis, nigredo urinae vel rubor cum decoloratione; et raro in albo pingui pilorum experti* corpore occurrit.

Signa dominationis phlegmatis: multa saliva glutinosa*, sitis exigua, alba urina, pigritia, stupor, ²⁰ frequens sternutatio, tarda concoctio.

Caput [XXIII].

De signis passuum.

Cuius passus breves et celeres sunt, praeproperus est, operam rebus dans, sed eas non perficiens.

²⁵

Caput [XXIV].

De signis fortis. |

29v

Crassitudo capilli et asperitas, erectio staturalae, soliditas ossium, partium extremarum et artuum,

firmitas cervicis, latitudo pectoris, angustia lumbi,
capillus in fronte, nates detritae, longa utriusque
umeri distantia, etiam levitas frontis.

Caput [XXV].

De signis timidi.

5

Mollities capilli, flexio statura, fulvus color, debilitas oculi, intercapedo obtutus, subtilitas manuum et pedum, tristis obtutus.

Caput [XXVI].

De signis viri cordati bonae indolis.

10

Mollities, umor et paucitas carnis; neque crassus neque gracilis est neque faciei carnosae, sine carne in spina; color eius inter album et rubrum; color eius habet splendorem; est cute tenui; capillus eius non est abundans neque durus neque valde niger, et 15 oculi eius sunt cyanei.

Sed Deus potissimum rectum scit; ad eum est redditus ac domum itio. Laus sit Deo soli et (dei) gratia Muhammedo et toti eius familiae!



B.

RASIS PHYSIOGNOMONIAE
VERSIO LATINA
A GERARDO CREMONENSI FACTA.

Conspectus siglorum in apparatu critico
adhibitorum.

M = codex Monacensis lat. 35

M² = manus secunda correctrix in *M*

Ba = editio Basileensis versionis latinae Gerardi Cremo-
nensis a. 1544.

ABUBECRI RASIS AD REGEM MANSOREM
DE RE MEDICINA LIBER II TRANSLATUS
EX ARABICO IN LATINUM A GERARDO
CREMONENSI.

Cap. XXVI.

Significationes capillorum.

Capilli lenes timoris sunt significativi. crisi autem audaciam significant. in ventre etiam pilorum multitudo reperta luxuriosum demonstrat. super dorsum 10 vero si multi fuerint pili, audacia indicabitur. sed si super spatulas et collum multitudo fuerit pilorum, dementia et obstinatio significabuntur. in ventre quoque et pectore pilorum multitudo reperta sapientiae innuit paucitatem. pili in capite vel in toto corpore 15 stantes reperti timorem significant.

Cap. XXVII.

Significationes colorum.

Color rufus vel rubeus sanguinis et caloris innuit multitudinem. color vero inter rubeum et album 20 medius aequalem significat complexionem, si cum hoc

6. Significationes] Significatio *Ba* 10. multi] multa *M*
pili *om. M* indicabitur] iudicabitur *MBa* 12. significabuntur] significabitur *M* 17. Significationes] Significatio
Ba colorum] coloris *M* 20. si] et si *M*

cutis a pilis nuda fuerit. cuius autem color est velut flamma ignis, irascibilis est et maniacus. cuius etiam color rubeus et clarus conspicitur, verecundus est. cuius praeterea color viridis apparet vel niger, irascibilis est.

5

Cap. XXVIII.

Significationes oculorum.

Cuius oculi sunt magni, piger est. cuius quoque oculi in profundo sunt, callidus est et deceptor. cuius oculi foris prominent, invereundus est et loquax 10 ac stolidus. quando autem oculi in corporis longitudine positi fuerint, callidum et deceptorem demonstrabunt. cuius vero pupillae multa participant nigredine, timidus est. cuius oculi in colore caprarum oculis similes existunt, stolidus est. cuius oculi cito 15 mobiles sunt et acute cernentes, deceptor est et callidus atque latro. cuius oculi adeo sunt immobiles, ut quasi lapides sint, callidus est. cuius vero intuitus mulieris intuitui assimilatur, luxuriosus est et invereundus. quando autem ita ac si puer esset intuetur 20 atque tota eius facies et oculi quasi ridere videntur, laetus est et diurna potietur vita. cuius autem oculi magni sunt et tremuli, homo piger est et spaci-

-
1. *inter* cuius et autem *supra* lineam quidem **M** 2. irascibilis] instabilis **Ba** maniacus] maniacus est **M** 7. Significationes] Significatio **Ba** 8. sunt *om.* **M** 9. sunt *om.* **M** callidus — deceptor] calidus est atque impostor **Ba** 12. callidum] calidum **Ba** 14. oculi] oculi **M** 15. oculis *om.* **M** stolidus] stolidus **M** 16. callidus] calidus **Ba** 18. sint] sunt **M** callidus] calidus **Ba** 19. mulieris intuitui] mulieris intuitu **Ba** intuitu multis **M** 21. quasi *om.* **M** ridere videntur] videre ridentur **M** 22. cuius autem] Cum **Ba**

osus et amator mulierum. cuius oculi parvi sunt et tremuli ac varii, valde est inverecundus et mulierum amator. cuius oculi in rubore prunae assimilantur, homo pessimus est et obstinatus. pupilla si est nigra,
⁵ pigrum portendit et hebetem. oculi varii suo colori citrinitatem habentes admixtam, qui quasi croco tincti esse videntur, pessimos significant mores. maculae multae circa pupillam in oculo apparentes malum significant hominem. quod si cum his etiam oculus
¹⁰ fuerit varius, erit deterius. oculi si parvi fuerint et foris prominentes, ut oculi cancri, stultitiam significabunt et stoliditatem et suas sequentem cupiditates. cum oculi fuerint parvi et multum mobiles, palpebrae quoque frequenter palpitantes, hominem significabunt
¹⁵ pessimum. pupillae in quarum circuitu margaritae appareat similitudo, hominem demonstrant invidum et verbosum et timidum et pessimum. oculi qui sunt vaccarum oculis similes amentiam portendunt. cum pupilla nigra existens talem habet citrinitatem, ex qua
²⁰ quasi deaurata appareat, hominem malum, homicidam, sanguinem fundentem declarat. oculi sursum tendentes sicut oculi boum qui etiam cum hoc rubei videntur

periti

- | | | |
|---|--|---|
| 1. parvi] parvi <i>M</i> | 6. admixtam] ammixtam <i>Ba</i> | 7. |
| significant] significat <i>M</i> | 8. oculo] oculo <i>M</i> | 9. etiam |
| oculus] oculus etiam <i>Ba</i> | 10. et foris prominentes <i>bis M</i> | |
| 11. foris] foras <i>Ba</i> | significabunt] significant <i>Ba</i> | 12. |
| stoliditatem] stoliditatem <i>M</i> | 13. cum] Quum <i>Ba</i> | 14. |
| significabunt] significant <i>M</i> | 15. quarum — 16 similitudo] | |
| quorum similitudo circuitu māginis appetit <i>M</i> | 16. demonstrat] demonstrat <i>M</i> | 18. oculis similes] similes oculis <i>M</i> |
| portendunt] protendunt <i>Ba</i> | 19. pupilla <i>om. M</i> , pupilla | |
| <i>in marg. add. M²</i> | talem habet citrinitatem] habet citrini- | |
| tem talem <i>M</i> | 22. etiam] et <i>Ba</i> | |

et maximi, hominem pessimum, stolidum atque stultum et ebriosum significant. oculi autem meliores esse dicuntur, qui inter nigrum et varium medii sunt, si cum hoc nec multum sint radiosi nec rubedo vel citrinitas appetet. oculi enim isti bonam demonstrant 5 naturam. oculi varii cum citrinitate radiantes aut ut color lapidis fisuret virides hominem significant malum. praeterea homines cum hoc habentes in oculis maculas rubeas ut sanguis aut albas omnibus hominibus sunt deteriores et magis deceptores. qui 10 autem pupillam foris prominentem cum totius oculi substantiae latitudine habet, est amens. cum oculi profundi fuerint et parvi, callidum et deceptorem et invidum indicabunt. et quando pili palpebrarum curvantur inferius vel ad unam naturaliter partem tor- 15 quentur, significant mendacem et stolidum et stultum. homo habens oculos valde tremulos malus est. cum oculi fuerint parvi, homo erit malus et stultus. oculus vero si fuerit magnus, minor erit malitia et stultitia maior. qui oculos habet varios et virides, malus est 20 et latro. oculi quorum palpebrae cum magna palpitant frequentia, hominem timorosum et maniacum declarant.

1. stolidum]	stolidum <i>M</i>	2. autem <i>om.</i> <i>M</i>	3. sunt]		
sint <i>M</i>	4. nec (<i>alt.</i>)] neque <i>Ba</i>	7. ut <i>om.</i> <i>M</i>	fisuret]		
	9. rubeas]	multas <i>M</i>	sissure <i>M</i>		
	cum] cuius <i>M</i>	12. latitudine]	latitudi-		
	13. callidum]	calidum <i>Ba</i>	ne <i>M</i>		
	deceptorem]	callidus <i>M</i>	14. curvantur]		
	deceptor est <i>M</i>	deceptor	continuantur		
			curvantur <i>M</i>		
			16. significant mendacem]	mendacem signifi-	
			<i>Ba</i>	17. calidum <i>Ba</i>	
			stolidum]	18. cum]	
			Quum <i>Ba</i>	20. varios et virides]	virides vel varios <i>M</i>
				21. quoque <i>M</i>	22. fre-
				palpitant]	quentia] frequenter <i>M</i>

Cap. XXIX.

Significationes superciliorum.

Qui in superciliis pilorum habet multitudinem,
multarum est cogitationum et multae tristitia atque
5 eius loquela foeda est et crassa. cuius supercilia
longa sunt, arrogans est et inverecundus. cuius
supercilia inferius descendunt a parte naris et superius
elevantur a parte temporis, inverecundus est et hebes.

Cap. XXX.

Significationes narium.

10 Cuius narium extremitas est subtilis, homo est
diligens lites. cuius nares magnae sunt et crassae,
paucae sapientiae homo est. cuius narium extremitas
longa est et subtilis, festinus est et stultus atque
15 levis. cuius nares latae sunt, luxuriosus est. cuius
narium foramina valde sunt aperta, irascibilis est.

Cap. XXXI.

Significationes frontis.

Cuius frons plana est rugas non habens, litigiosus
20 est et commovens rixas. cuius frons est rugosa ad
medium sui declinans, irascibilis est. qui parvam

2. Significationes] De significationibus *Ba* 5. foeda]
fetida *M* crassa] crossa *M* cuius supercilia om. *M* 6.
longa — inverecundus om. *M*, in marg. add. *M²* arrogans]
arrogatus *M²* *Ba* est om. *Ba* 8. elevantur] elevantur *M*
temporis] temporis *Ba* 10. Significationes narium] Signi-
ficatio quae sumitur a narium forma *Ba* 12. cuius — sunt
om. *M* et — 14 atque levis om. *M*, in marg. add. *M²*
crassae] crosse *M²* 14. est(pr.) om. *M²* 15. levis] lenis *M²*
latae] magne *M*, late suprapos. *M²* 21. medium] media *M*

habet frontem, stolidus est. qui vero magnam habet frontem, est piger. cuius frons vehementer est rugosa, inverecundus est.

Cap. XXXII.

Significationes oris, labiorum et dentium.

5

Qui magnum habet os, gulosus est et audax. cuius magna sunt labia, stultus intelligitur et hebes. cuius labia non sunt bene tincta, aegrotans est. cuius dentes debiles sunt et rari et minuti, totum eius corpus est debile. cuius canini longi sunt et firmi, 10 gulosus est et malus.

Cap. XXXIII.

Significationes faciei et formae.

Cuius facies hominis ebriosi faciei assimilatur, ebriosus est. iracundo vero cum assimilatur, irascibilis est. cum autem verecundo invenitur similis, verecundus est. cuius facies carnosa est, piger est et stultus. cuius maxillarum caro crassa est, crassae est naturae. qui subtilem habet faciem, multarum est cogitationum. cuius facies vehementer rotunda 20 est, stultus existit. cuius facies est permaxima, piger est. cuius facies est valde parva, malus est et calidus et adulator. cuius facies est deformis, mores habere bonos non potest nisi raro. cuius facies est longa,

1. stolidus] stolidus **M** 7. hebes] ebes **M** 8. sunt bene] bene sunt **Ba** 16. cum — 17 verecundus est *om.* **M**, *in marg. add.* **M²** 18. crassa] grossa **M** [crossae] **M** 23. adulator] adulterator est **M** habere — 24 potest] non potest habere bonos **M**

inverecundus est. qui tempora habet inflata et venas
et arterias crassas, irascibilis est.

Cap. XXXIV.

Significationes aurium.

5 Cuius aures magnae sunt, stolidus est et longae
vitae.

Cap. XXXV.

Significationes vocis et anhelitus et loquelae.

Cuius vox est valde crassa et alta, audax est.
10 cuius loquela est velox, festinus est et parvi intellectus.
cuius loquela cum quadam festinatione velox est,
festinus est, irascibilis et malorum morum. cuius an-
helitus longus est, vilosus est. qui vocem habet gravem,
sui ventris serviens est. cuius vox est aspera, invidus
15 est et malum in corde tenet occultatum. bonitas
vocis stultitiam et paucam demonstrat sapientiam.

Cap. XXXVI.

Significationes carnium.

Carnes multae et durae crassum declarant sensum
20 et intellectum. carnes vero lenes bonam naturam
significant et intelligentiam.

1. tempora] tempora *Ba* 2. et arterias] arterias *Ba*
crassas] ^ossas *M* 4. Significationes] Signa *M* aurium]
auricule *M* 8. Significationes] Signa *M* vocis] vocis *Ba*
velocis *M* et om. *M* anhelitus] hanelitus *M* 9. est
— alta] crossa est et alta *M* 12. supra irascibilis pos. est
*M*² anhelitus] hanelitus *M* 14. ventris] ventri *Ba* 15.
est om. *M* tenet] tenet et *M* 19. crassum] ^ossum *M*
sensus et intellectum] intellectum et sensum *M*

Cap. XXXVII.

Significationes risus.

Qui multum ridens est, benignus et omnibus est
conveniens neque pro rebus aliquibus sollicitus est.
qui vero parum ridet, huic contrarius est. displicant 5
enim ei omnia hominum facta. qui alta ridet voce,
inverecundus est. qui autem cum ridet tussit aut in-
spirandi difficultatem patitur, inverecundus est et
tyrannus.

Cap. XXXVIII. 10

Significationes motuum.

Motus tardus significat hebetudinem. motus festinus
levitatem designat.

Cap. XXXIX.

Significationes colli. 15

Qui collum habet curtum, callidus est et ingeniosus.
cuius collum est longum et gracile, stolidus
est et garrulus atque timidus. qui crassum habet
collum durum ac forte, iracundus est et festinus.

- | | | |
|--|--|---------------------|
| 2. Significationes] Signa <i>M</i> | 4. aliquibus <i>bis M</i> | 5. |
| huic] huius <i>M</i> | 6. hominum facta] facta hominum <i>M</i> | 8. |
| est inser. <i>M</i> (<i>m¹, ut videtur</i>) | 9. tyrannus] tyrannus est <i>M</i> | |
| 11. Significationes] Signa <i>M</i> | 12. hebetudinem] ebitudi- | |
| nem <i>M</i> | lenitatem | |
| 13. levitatem] sevitatem <i>M</i> , sed tria puncta sub | | |
| evi a <i>M²</i> addita esse videntur | 15. Significationes] Signa <i>M</i> | |
| 16. curtum] cortum <i>M</i> | callidus <i>Ba</i> | 17. stolid- |
| stolidus] stolidus <i>M</i> | 18. crassum] cōssum <i>M</i> | 19. ac] et <i>M</i> |

Cap. XL.

Significationes costarum.

Costarum fortitudo et super ipsas carnium multitudine stoliditatem declarat. corporis subtilitas multam significat astutiam. ventris magnitudo libidinis declarat nimietatem. costarum gracilitas atque earundem subtilitas cordis innuit debilitatem.

Cap. XLI.

Significationes dorsi.

Dorsi amplitudo fortitudinem declarat et arrogantiam atque irae vehementiam. dorsi vero curvitas morum innuit malitiam. aequalitas dorsi bonum est signum.

Cap. XLII.

Significationes spatularum.

Spatula subtilis sensus ostendit paucitatem. spatula lata bonum indicat intellectum. capitis spatulae elevatio valde elongata stultitiam significat.

Cap. XLIII.

Significationes brachiorum.

Cum brachia adeo fuerint elongata, ut manus ad genua attingant, subtilitatem animae et arrogantiam

2. Significationes] Signa *M* costarum] ventris *M* 4.
stoliditatem] stoliditatem *M* declarat] declarant *M* 6.
atque] ac *M* 9. Significationes] Signa *M* 15. Significationes]
De significationibus *Ba* Signa *M* 18. stultitiam]
stulciam *M* 20. Significationes] Signa *M* 21. Cum]
Quum *Ba* 22. genua] genu *Ba* subtilitatem] subtilitas
est *M*

ac regendi designant cupiditatem. cum brachia multum curta sunt, hominem timidum et malitiae amatorem significant.

Cap. XLIV.

Significationes volarum manuum.

5

Manus leves et subtile sapientiam multam et bonum designant intellectum. manus valde curtae stultitiam significant. manus graciles et multum longae tyrannidem declarant atque stultitiam.

Cap. XLV.

10

Significationes ancharum, coxarum et pedum.

Pedes in quibus carnis est multitudo atque ipsius duricies, mali intellectus hominem portendunt. pedes parvi et pulchri hominem fornicatorem et iocosum innuunt. cum calcaneum est gracile, timorem significat. crassum vero et forte cum fuerit, fortitudinem indicabit. cum cavillae utrinque atque crura crassa fuerint, hebetem et inverecundum demonstrabunt. coxae cum exterius multas habent carnes, fortitudinis imbecillitatem atque laxitatem declarant. quando 20 coxarum ossa foris prominuerint, audaciam significabunt. ancharum quoque ossa cum exterius ten-

1. ac] atque *M* 2. sunt] fuerint *M* 5. Significationes]
Significationum *Ba* Signa *M* 6. leves] lenes *M* 7. de-
signant] significant *M* 11. Significationes] Signa *M* an-
charum] ilium *Ba* coxarum] et coxarum *M* et pedum
om. M 14. iocosum] iocundum *Ba* 15. innuunt] innuit

^{timorem}
Ba cum] Quum *Ba* timorem] amorem *M* 16. crassum]
crossum *M* 17. cum] Quum *Ba* crassa] ossa *M* 18.
hebetem] ebetem *M* 20. atque laxitatem *om. M* 22. an-
charum] ilium *Ba*

duntur, fortitudinis demonstrant multitudinem et virilitatem. ancharum gracilis mulierum significat amatorem et corporis debilitatem atque timorem.

Cap. XLVI.

5 Significationes passuum.

Cuius passus ampli sunt et tardi, spaciose est. cuius passus velocius sunt et breves, festinus est et pro rebus quibuslibet valde sollicitus, quas tamen disponere ignorat.

10 Cap. XLVII.

Signa audacis.

Audax est, cuius capilli sunt fortes et asperi et statura ipsius erecta est, ossa quoque fortia et extrema atque costae, nec non et iuncturae fortitudinem 15 habentes et magnae. pectus praeterea magnum et venter magnus ac spatulae magnae, collum quoque forte et crassum, in quo carnis non sit multitudo. est etiam thorax latus et coxae absconditae atque lacertus qui in pulpis cruris ab interiori invenitur, 20 inferius descendit. cutis etiam eius atque carnes siccitatis sunt maioris, frons quoque eius venas habens et rugis carens nec est sine pilis. sunt praeterea audaciae signa carnium aequalitas et staturalis erectio

2. ancharum] ilium *Ba* 5. Significationes] Signa *M* 6.
Cuius passus] Passus cum *M* 11. Signa] Significationes *Ba*
audacis] audaciae *Ba* 13. est om. *Ba* 15. pectus — 16
magnae om. *M*, in marg. add. *M²* 16. collum] et collum *M*

17. crassum] cōssum *M* 18. thorax] torax *M* 20. atque]
et *Ba* 21. maioris] addicōis *M* 22. et] nec? rugis
carens] rugas habens *M*

ac iuncturarum et digitorum fortitudo et ventris
gracilitas et quod eius nates parvae vel omnino
videntur deletae et quod utrasque spatulas magnum
distinguit spaciū et quod supercilia sunt erecta et
frons non est rugosa. ipse quoque est valde ira- 5
cundus et semper iram conservans, et est etiam in
pectore pilosus et spatulis.

Cap. XLVIII.

Signa timidi.

Timidus est, cuius capilli sunt plani et statura 10
curva et musculi cruris interiores sursum ascendunt,
color citrinus et oculi debiles et frequenter palpi-
tantes, manus quoque et pedes subtile et macri.
intuitus vero eius intuitui tristis similis est.

Cap. XLIX.

15

Signa hominis boni intellectus et bonaē naturae.

Huius signa sunt, quod carnes sunt lenes et molles
et paucae, medius inter crassum existens et macrum,
non multas in facie habens carnes, et ipsius spatulae
sunt elevatae, cuius dorsum carnes non habet, et eius 20
color inter rubeum et album est medius et tener et
lucidus atque clarus. cutis praeterea est subtilis.

2. nates] nares <i>M</i>	3. deletae] delere <i>M</i>	6. conservans] conservans est. <i>M</i>	7. supra spatulis inser.
in <i>M</i>	et <i>om. Ba</i>	<i>Ba</i>	12. palpi-
9. Signa] Significationes hominis <i>Ba</i>	pitan		tantes] palpantes <i>M</i>
			14. intuitus] Intuitu <i>M</i>
			vero eius]
			eius vero <i>M</i>
			16. Signa] Significationes <i>Ba</i>
			et bonaē
			naturae <i>om. M</i>
			18. medius] medium <i>M</i>
			19. in facie
			habens] habens in facie <i>Ba</i>
			21. est medius <i>om. M, in marg.</i>
			<i>add. M*</i>
			et lucidus] est lucidus <i>M</i>

capilli etiam non sunt multi et duri nec multum nigri.
cuius oculi sunt inter varios et nigros medii, sunt
etiam molles.

Cap. L.

5 Signa corporis habentis bonam naturam.

Huius signa sunt, quod inter longum et curtum,
crassum atque macrum medium invenitur et est album
paucam habens admixtam rubedinem. manus quoque
et pedes inter magnos et parvos atque inter multas
10 habentes carnes et paucas medii existunt. caput
praeterea corporis magnitudini est proportionale; in
cuius collo pauca extat crassities. capilli quoque eius
inter lenes medii et asperos rubedini parumper vicin-
nantur. facies quoque eius rotunda et nares erectae
15 et perpulchrae et in magnitudine aequales. oculi
etiam sunt inter nigros et varios medii, in quibus
humiditas existit et claritas.

Cap. LI.

Signa hominis philosophi.

20 Huius signa sunt, quod eius statura est erecta.
carnis quoque tenet aequalitatem et est albus parvam
habens rubedinem admixtam. capilli eius inter multos

1. etiam] vero *M* 5. Signa] Significationes *Ba* in *M*
titulus demum post verba invenitur et est extat [habentis]
habens *M* 7. album] albus *M* 8. admixtam] ammixtam
Ba augmentatam *M* 11. magnitudini est proportionale]
magnitudinem proportionalem *M* 12. extat] existit *M*
crassities] crossicies *M* 13. parumper vicinantur] parum
perveniantur *M* 14. facies quoque] faciesque *M* nares]
nares eius *M* 17. existit] existat *M* claritas] caliditas *M*
19. Signa] Significationes *Ba* 22. admixtam] ammixtam *Ba*

et paucos et planos et crispos sunt medii et inter nigros et rubeos. manus quoque sunt planae digitos habentes divisos. frons etiam est magna et oculi inter varios et nigros sunt medii, molles quoque sunt, et quod eius intuitus ridenti vel gaudenti similis 5 invenitur.

Cap. LII.

Signa hominis qui est crassae naturae.

Huius signa sunt, vel quod est multum albus vel multum niger vel fuscus, venter quoque est magnus 10 et digiti curti et facies valde rotunda atque in maxillis carnis multitudo. de suis praeterea significationibus est, quod in collo et pedibus et in eo quod est inter ea multa existit carnositas. venter quoque cum rotunditate foris prominet, et quod eius spatulae sursum 15 sunt elevatae et frons in rotunditate pilae similitudinem, ac si esset gibbosa, tenet, multas habens carnes. mandibulæ etiam eius magnæ et crura longa, est etiam longa facies et collum crassum.

Cap. LIII.

20

Signa inverecundi.

Inverecundus est, cuius oculi multum sunt aperti et foris prominentes et acute intuentes; eius quoque

1. inter om. *M* 2. manus] Et manus *M* 3. habentes]
habens *M* divisos] duros *M* 8. Signa] Significationes
Ba crassae] crosse *M* 9. Huius] Cuius *M* signal]
figura *Ba* 10. niger] primus *M* 13. in (alt.)] cum *M*
14. ea om. *M* 18. etiam] autem *M* 19. est etiam
longa] longa \ddot{e} et est longa *M* etiam om. *M* crassum]
crossum *M* 21. Signa] Significationes hominis *Ba* 22.
aperti] apti *M* 23. acute] acutae *Ba*

palpebrae crassae, statura autem eius non multum longa. cum vero incedit, pectus parumper anterius tendit. cuius praeterea spatulae elevatae sunt, motus festinus, color vero rufus, multum habens sanguinem, 5 facies rotunda, thorax parumper gibbosus. de suis insuper significationibus est, quod oculi multum aperiuntur et sunt acute intuentes. est etiam multum loquax.

Cap. LIV.

¹⁰ Signa hominis malorum morum.

Huius signa sunt facies foeda colorem cum quadam obscuritate rubeum habens, cutis faciei sicca, totius corporis macies, rugosa facies ac capillorum nigredo et lenitas.

¹⁵ Cap. LV.

Signa luxuriosi.

Huius signa sunt albedo coloris rubedinem habens admixtam, capillorum etiam multitudo et crassities, lenitas atque nigredo, praeterea quod super tempora 20 multos habet capillos et quod eius oculi sunt crassi.

- | | | |
|-----------------------------------|--|--------------------------------------|
| 1. crassae] crosse <i>M</i> | 2. cum] Quum <i>Ba</i> | vero] ve- |
| rum <i>M</i> | parumper] pauperum <i>M</i> | 4. rufus] ruffus <i>Ba</i> |
| 5. thorax] torax <i>M</i> | parumper] pauperum <i>M</i> | 7. acute] acutae <i>Ba</i> |
| est] et est <i>M</i> | | 10. Signa] Significationes <i>Ba</i> |
| morum] humerum vel morum <i>M</i> | al'signa iracundi <i>in marg.</i> <i>M</i> | |
| 11. Huius] Cuius <i>M</i> | 16. Signa luxuriosi] Significationes | |
| hominis luxuriosi <i>Ba</i> | 17. Huius — coloris] Cuius signum | |
| est caloris albedo <i>M</i> | rubedinem] et rubedinem <i>Ba</i> | 18. |
| admixtam] ammixtam <i>Ba</i> | crassities] crossities <i>M</i> | 19. tim- |
| tempora] tympla <i>M</i> | tempora <i>Ba</i> | 20. habet] habeat <i>M</i> |
| pilos] pilos <i>M</i> | crossi] crassi <i>M</i> | capillos] |

Cap. LVI.

Signa feminae.

In omnibus animalium generibus feminae magis mortuum habent animum minusque sunt patientes et citius converti possunt citiusque irascuntur et velocius 5 sedantur maiorisque sunt calliditatis. sunt praeterea praecipites et inverecundae. caput etiam habent parvum et faciem et collum subtilia, pectus quoque et spatulas habent magis angusta atque costas minores. coxas vero utrinque habent crassas et nates similiter. earum 10 insuper crura gracilia sunt, manus autem et pedes tenues. quae in omnibus animalium, ut praedictum est, generibus masculis et timidiores et deterius inveniuntur morigeratae.

Cap. LVII. 15

Signa eunuchi.

Eunuchus malorum est morum. est enim stultus et cupidus et praesumptuosus. qui autem castratus non fuit, sed sine testiculis natus vel parvissimos habens eunuchus apparet, cui videlicet barba nunquam 20 nascitur, deterior est.

-
2. Signa feminae] Significationes foemineae *Ba* 3. fe-
minae *om. M, inser. M²* foeminae *Ba* magis mortuum] num
magis timidae sunt et deterius morigeratum? cf. l. 12 sq. 5.
citiusque] citius *M*, que add. *M²* 6. maiorisque] minoris-
que *M* calliditatis] caliditatis *MBa* 7. caput] capud *M*
10. crassas] crossas *M* similiter. earum insuper] similiter
eorum. Insuper *M* 12. animalium] animalibus *M* 14.
morigeratae] morierate *M* 16. Signa] Significationes *Ba*
De signis *M* eunuchi] eunuchorum *M* 17. enim]
etiam *M* stultus] stultus. est *M* 18. autem *om. M* 20.
eunuchus] enuchus *M*

Cap. LVIII.

De summa eorum quae in consideratione phisonomiae sunt necessaria.

Oportet ut cum iudicare volueris, non unam tantum
⁵ attendas intentionem, sed in quantum vales ad ipsarum intendas aggregationem et si quando significationum acciderit contrarietas, ipsarum virtutes et testimonia metiaris. deinde ad fortiores ipsarum declina et earum iudica testimonio et similiter quando plures sunt.
¹⁰ praeterea scire debes, quod facie signatio et praeципue oculorum omnibus aliis significationibus in fortitudine et firmitudine praeiudicat.

2. De summa eorum] Signa *M* phisonomiae] physi-
nomiae *Ba* 4. ut *om. M* tantum *om. M* 5. ad] et *M*
8. earum] eorum *M* 9. testimonio] testimonia *M* quando]
quae *Ba* 12. praeiudicat] praeiudicant. ≈ Completus est tractatus secundus auxilio dei, cui gratie sint infinite. *M*

C.

PHYSIOGNOMONIAE SECRETI
SECRETORUM PSEUDARISTOTELICI
VERSIONES LATINAЕ.

Conspectus siglorum in apparatu critico
adhibitorum.

1. in recensione primaria (= S.)

1 = codex Gothanus arab. 1870

2 = codex Gothanus arab. 1871

3 = codex Gothanus arab. 1869

2. in Philippi Tripolitani versione (= Ph.)

L = codex Laurentianus XV sin. 9

M = codex Laurentianus LXXXIII, 2

B = codex Berolinensis lat. qu. 70

C = codex Chisianus *H* VII, 238

o = consensus codicum *LMBC*

3. in recensione secundaria (= s.)

c = codex Berolinensis Sprengerianus 943

h = codex versionis hebraicae Steinschneiderianus.

SECRETI SECRETORUM PSEUDARISTOTELICI DE PHYSIOGNOMONIA CAPUT.

S.

Ph.

s.

§ 1. E rerum
summa quarum
scientiae non in-
digeas, est co-
gnitio eius quod
concepit anima per
signum apparen-
tia, quando abstracta
est a desideriis et
liberata a rebus
abiectis, et haec

Et inter ceteras
res est illa quam
te non oportet
ignorare, scilicet
cognitio quam in-
vestigat et cogno-
scit anima tua per
signum nobile,
cum abstracta fu-
erit a desideriis
et concupiscentiis

Scias physio-
gnomoniam esse
unam e scientiis
subtilibus et spe-
culativis et in-
tellectualibus,
quas novisse et
intellegere te de-
cet, quia homi-
num multum in-
diges, ut iis utaris.

4. *Haec para-*
graphus excepto fine
p. 191, 4 sq. (vide
notam) in 1 deest
7. *est] o Alexander,*
est 3 9. per
signum apparen-]
sciens, apparen- 2

5. *est illa] illa est*
B illam C illa L est
alia M 7. scilicet]
videlicet M 8. quam]
qua BC investi-
gat] investiget M
9. *cognoscit] co-*
gnoscat L 10. tua
om. M 12. cum]
cum
sive B sive C ab-
stracta fuerit] fuerit
abstracta M abstra-
ta fuerit L 14. con-
cupiscentiis] concu-
spicentiis L

4. *Scias — 6*
unam] Cum physio-
gnomonia sit una c
10. *quas] atque*
unam ex iis quas h

S.	Ph.	s.
pars cognoscitur per cogitationem, et quando anima est dominans corpori et praeponderans ei et nihil intercessit inter materiam lumina- tam quae est in corde et inter materiam animalem quae est in cerebro, et purum [i.e. defaecatum] est ingenium ab impuro, et inversum est ad inquirendum, quid fuerit [vel sit] ars hario- landi, quae iam in-	et cum fuerit li- berata a nocivis, et haec divisio cognoscitur cogi- tatu. cum itaque fuerit anima super- rans et dominans corpori et ei praepo- ponderans et vir- tus flammea exi- stens in corde non desinat inter ip- sam et virtutem animalem existen- tem in cerebro, tunc sublimatur et augmentatur et declaratur intel- lectus supra men- suram. unde si	hoc igitur capite tibi constituam argumenta phy- siognomiae, quatenus eorum 5 cognitio tempore praeterito apparuit et eius expe- rientia diebus praeteritis com- 10 probata est, deo volente.
6. enuntiatio et — 12 cerebro in 2 corrupta 16. in- versum] inversione 3	3. divisio] omni- no LB 4. cognos- scitur] cognoscuntur a B 8. et om. M ei praeponderans] praeponderans ei B 10. flammea] fla- minea C 12. desi- nat] designat C 17. augmentatur] augmentabitur BC et declaratur om. B 19. supra] se- cundum BCM om. L	15 20

S.	Ph.	s.
<p>venitur in quodam docto vera [=ve- ra facta?], quoad praedicitur mira- culis occultis sine origine [= quo- rum origo occulta est?]; et circulatio [reversio] huius est etiam secun- dum ascendentem coniunctionis [stellarum] qui [quae?] incidit [?]</p> <p>in hanc virtutem generatam: sicut te oportet quae- rere cum pulchri- tudine naturae scientiam physio- gnomiae, et est</p>	<p>quis quaerat cau- sam prophetarum qui probati sunt in hoc mundo pu- rissimi intellectus et verae visionis, cum miraculis in- nativis p[re]cete- ris ex praedictis provenit. accidit etiam hoc ex con- stellatione gene- seos mutantis hanc virtutem ge- nerativam: sicut te oportet quae- rere signa et ve- stigia cum pul- chritudine natu- rae, scilicet sci- entiam phisonomiae,</p>	

15. in — 16 ge-
neratam] haec virtus
generata 2

3. qui *om. M* 4.
in hoc mundo *om. M*
11. hoc *om. M* 12.
geneseos] geneos *LC*
13. mutantis] imi-
tantis *o* 14. gene-
rativam] generatam
M 19. naturae]
dierum tuae naturae
M 20. scientiam]
scientia *LMC*

S.	Ph.	s.
scientia magna, et [iam] diebus anti- quissimis ea usi- sunt antiqui et gloriati sunt in pulchritudine na- turae in hac scien- tia et attributus est ad veritatem eius ex antiquis Aclimas auctor physiognomiae et demonstravit compositionem hominis e mori- bus animae suae. et occurrit de eo narratio pulchra	quae est scientia magna, et per lon- gitudinem dierum usi sunt antiqui hac scientia et gloriati sunt in inquisitione pul- chritudinis natu- rae in hac scientia. cuius perfectio at- tribuitur de nu- mero antiquorum Philimoni summo doctori et magi- stro phisonomiae. et revera investi- gabat ex compo- sitione hominis	5 10 15
7. scientia] scien- tia. et est scientia vera et nisi esset longitudo [rei], in- dicavisset tibi cau- sam quae veritatem eius et eorum qui eam possident neces- sariam reddit 3	1. quae] et quae <i>M</i> 5. et — 9 scien- tia <i>om. C</i> 6. in <i>om. M</i> 7. inqui- sitione] inquisitione <i>L</i> 9. in hac scientia] per hanc scientiam <i>M</i> 11. de] ex <i>C</i> 13. Philimoni] Phi- lomeni <i>B</i> Phisonomi <i>M</i> 16. investiga- bat] investigabit <i>M</i> 17. ex composi- tione] expositionem <i>M</i>	

S.	Ph.	s.
mirabilis, quam referam, ut eam cognoscas.	qualitates et na- turæ animæ eius. et occurrit in ipso historia pulcra et extranea; consti- tue te super eam, ut intelligas.	
5		
Et hoc [est], quod discipuli ex- 10 cellentis Hippo- cratis formave- runt [= depinxe- runt] formam Hip- pocratis in per- 15 gameno, deinde portaverunt eam Aclimæ et dixe- runt: considera	Discipuli siqui- dem Ypocratis sa- pientis depinxe- runt formam eius in pergamenô et portaverunt eam Philimoni dicen- tes: considera hanc figuram et indica nobis qua- litates et com-	

3. cognoscas] co-
gnoscas, si deus ex-
celsus voluerit 2

1. qualitates] et
qualitates *M* 2.
animæ *om.* *M* 3.
occurrit] currit *LC*
erunt *M* cetera *B*
ipso] ipsa *o* 8.
siquidem] quidem *M*
om. *B* 10. depin-
xerunt] depinserunt
M 12. pergamenô]
pergamenis *M* 14.
Philimoni] Philomini
LC Philomeni *B*
phisonomi *M* 18.
complexiones eius]
eius complexiones *M*

S.	Ph.	s.
<p>hanc figuram et iudica nobis de moribus eius. et inspexit compositionem eius et coniunctionem partium eius cum partibus [=unius cum altera], deinde dixit: hic [est] vir fraudulentus, deceptor, amans coitum. et voluerunt interficere eum et dixerunt: o stulte, haec est figura excellentissimi [ho-</p>	<p>plexiones eius. qui respiciens compositionem et dispositionem figurae comparavit partes eius ad partes dicens: iste homo luxuriosus est, deceptor, amans coitum. ob quam rem voluerunt eum interficere dicentes: o stulte, haec est figura dignioris et melioris hominis, qui sit in hoc mundo: haec est figura Ypo-</p>	<p>5 10 15</p>

7. partium] membrorum 3 17. ex-
cellentissimi—p. 189,
5 figura om. 3

2. respiciens] re-
spexit *M* 4. figu-
rae] figurae et *M*
6. eius ad] ad eius *L*
8. luxuriosus est] est luxuriosus *M* 10.
quam rem] hanc cau-
sam *M* 14. di-
gnioris et melioris] melioris et dignioris
BM 17. hoc om. *C*
haec est figura Ypo-
cratis *in o post* et cor-
rexit dicens (*p. 189, 3*)
leguntur 18. Ypo-
cratis om. *LC*

S.	Ph.	s.
minum] qui [sint] in terra et absti- nentissimi eorum et nobilissimi eo- rum, haec est fi- gura excellentis Hippocratis. et dixit iis: sane quaesivistis a me 10 scientiam meam et indicavi vobis. quando pervene- runt ad Hippo- cratem et narra- 15 verunt ei quod ar- tificiose fecerant et quod dixerat [Aclimas], dixit	cratis. Philimon autem pacificavit eos et correxit di- cens: quod quae- sivistis a me de mea scientia, hanc ostendi vobis et quod inde sentio secundum ipsam. quando ergo per- venerunt ad Ypo- cratem, dixerunt ei quid fecerunt et quid respondit eis Philimon et iudicium eius. qui- bus dixit Ypocras: certe verum dixit	

1. Philimon] Phi-
lomon *B* phisono-
mus *M* 2. autem]
vero *M* 4. quod]
quod enim *B* quid
hoc *L* quid ad hoc
vos *M* sed hoc quod
C 6. hanc] hoc *B*
om. C 7. et *om. B*
10. ergo] vero *MB*
13. quid] quod *M*
14. quid] quod *M*
respondit] respon-
didit *M* 15. Phi-
limon] philomon *B*
fisonomus *M*

S.	Ph.	s
iis Hippocrates: verum dixit Aclimas neque per deum praetermisit litteram, verum ex quo perspexi has res, feci animam meam [= me ipsum] regnare super eas et vici robur concupiscentiae meae in hoc. hoc est augmentum excellentiae Hippocratis, philosophia enim est regnum concupiscentiarum.	Philimon nec prae termisit unam litteram, verumptamen ex quo ego perspexi et consideravi haec turpia esse et reprobanda, constitui animam meam regem super ipsam et retraxi eam ab eis et triumphavi super retentione concupiscentiae meae. haec est itaque laus et sapientia Ypocratis, quia philosophia nihil aliud est	5
1. iis <i>om.</i> 2. praetermisit] praetermisit in eo quod interpretatus est 3. litteram] litteram; haec est qualitas mea et haec est condicio mea 3. 10. eas] eas, et superavit intellectus meus concupiscentias meas, et quivis sapiens, cuius intellectus non superat concupiscentias suas, non est sapiens 3	1. Philimon] philomon <i>B</i> phisonomus <i>M</i> 3. verumptamen] veruntamen <i>M</i> 4. ego <i>om.</i> <i>M</i> 5. perspexi] pre spexi <i>L C</i> inspexi <i>B</i> 7. et <i>om.</i> <i>B</i> 9. meam] meam et <i>L</i> 13. retentione] re tentionem <i>M</i> 14. concupiscentiae] con cuspiscentiae <i>L</i> 17. Ypocratis] ex operibus Ypocratis <i>B M</i> 19. est <i>om.</i> <i>M</i>	10 15

S.

Ph.

s.

quam abstinentia
et victoria con-
cupiscibilium.

Constituo ergo
tibi ex scientia
phisonomiae re-
gulas et constitu-
tiones abbrevia-
tas et sufficientes,
quae dabunt tibi
magnum commo-
dum et pretium
ex nobilitate na-
turae tuae et pu-
ritate tuae sub-
stantiae.

Ego tibi con-
stituo scientiae
physiognomiae
vestigium [= de-
scriptionem] ab-
breviatum et suf-
ficiens, quod tibi
sufficiet in pul-
chritudine natu-
rae tuae et nobi-
litate substantiae
a multis [i.e. quod
tibi permittit
multa neglegere],
si deus excelsus
voluerit.

4. Ego tibi con-
stituo] Porta abbre-
viata de physiogno-
monia, et, o Alexan-
der, ego tibi consti-
tuio 3 Ego — 11
sufficiet] Et hoc est
aliquid e scientia
physiognomiae
praescriptum, abbre-
viatum, intelligibile,
idoneum, sufficiens 1

2. concupisci-
biliū] incuspicibiliū
L 5. ex] rex ex *B*
scientia] scientie *B*
6. phisonomiae] phi-
losophiae vel phi-
sonomie *B* 8. ab-
breviatas] abbreviatas
M 10. quae] et *C*
om. *L* dabunt]
dabit *M* debet *L* di-
cent *C* erit *B* 11.
commodum et *om.* *M*
14. tuae *om.* *C* 15.
substantiae] scientiae *M*

S.	Ph.	s.
§ 2. Iam scis matricem esse fetui idem quod ollam ferculo. et albedo diffusa [vel splendida] cum colore caerulei simili et splendide rubro et rubor splendidus signum est diminutae decoctionis. et si accedit ad hoc diminutio in	Scias ergo, quod matrix est embrioni sicut olla ferculo decoquendo. albedo ergo cum livido colore et flavus color nimius est signum diminutae decoctionis. si ergo accedit cum hoc diminutio in temperatura, dimi-	Iam scis, Alexander, matricem esse fetui idem quod ollam ferculo. tempera- 5 menta diversa secundum creaturam et naturas inter se discrepant secundum compositionem. scias igitur album dif- fusum cum colore
4. et — 11 decoctionis om. 2 6. colore om. 1 7. et — 8 rubro om. 1	1. Scias] De cognitione qualitatum hominis per signa spiritualia quae dicitur phisonomia aristotilis. Scias B ergo om. B 2. matrix] mater M est om. MB embrioni] embrio L embrio est B ebrios M 4. ferculo] ferculi M fercula B 7. nimius] eius nimius M om. B 8. est signum] signum est M 9. diminutae] dimitae L 11. accedit] accidat LC cum hoc om. CM 12. diminutio] diminutio hoc C om. M temperaturalia] creatura CM	12. diffusum] splen- didum h

S.

Ph.

s.

indole, iam diminuta est natura.
cave ergo ab homine caeruleo et
splendide rubro:
haec est indoles impudentiae et
fraudis et improbitatis.

10

nuetur similiter et natura. fuge ergo ab omni homine livido et flavo,
quoniam declivis est ad vitia et luxuriam.

Et cum videris hominem frequentantem in te vi-

1. similiter] si-
mul *C* sibi *M* et]
in *M* 4. et om. *CM*
5. quoniam] quoniam flavus *M* de-
clivis] declivus *L*
declinans *B* 6.
vitia et luxuriam]
luxuriam et vitia *C*

20 § 3. O Alexander, cum videris hominem qui fre-

qui caeruleo similis est et splendide ruber est, impudentiam et fraudem indicare et improbitatem parvamque intelligentiam. itaque cave ab omni homine cuius color caeruleus et splendide ruber est. si autem accedit quod frons lata aut mentum angustum et capillus copiosus est, cave ab eo, ut a vipera caves.

O Alexander,
cum videris hominem qui fre-

6. improbitatem]
coitum *h* 7. post
intelligentiam *h ad-
dit*: Inspice tibi Germanos has ultimas proprietates possiden-
tes scilicet stultitiam, perfidiam et impudentiam. 20.
haec § post § 5 extat

5. rubro] rubro et paucis praedito pi-
lis 3 20. O Ale-
xander, om. 2

S.	Ph.	s.
